




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Archiepiscopatus Et Electoratus Trevirensis

Abtei Sankt Maximin <Trier>

Avgvstae Trevirorum, 1633

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62152](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62152)





M III

1

Th. 4778.








A R C H I -
E P I S C O P A T V S
E T
E L E C T O R A T V S
T R E V I R E N S I S,

Per refractarios Monachos
Maximinianos, Aliosque,

T V R B A T I.

Collegii Sæc 1630 Paderbornæ Aº 1670



A V G V S T Æ T R E V I R O R V M,

Excudebat ÆGIDIUS Immendorff, Archiep.
Typographus ANNO M. DC. XXXIII.

ALPHABET

PROFESSOR

LECTOR

TRIVIALIS

to the Honorable
Magistrate

IVS

EST

EST

ARCHIEPIS COPA-
TVS ET
ELECTOR ATVS
TREVIRENSIS,

Per refractarios Monachos Maximinia-
nos, Aliosque, turbati.



DVBIUM licet nullum sit, Episcopus, Archiepiscopus Treuirenses ac Principes Electores, à fundatione Ecclesiæ suæ (quâ antiquitate, reliquis omnibus in Germania, à primordio Ecclesiæ Catholicæ, & à Diui Petri, Principis Apostolorum, ac Discipuli Eiusdem, Sancti Eucharij temporibus, anteriores fuerunt) omnimodam Iurisdictionem in Ecclesiasticis & Sæcularibus, in & super omnes Ecclesias, Monasteria, & loca sacra totius Dioceseos, ac ita etiam, in & super Monasterium Sancti Maximini, quod prope muros Metropolis Treuirensis, in ipso D. Petri territorio, prædio & fundo (vbi Imperatores, in Diplomatum suis infra adducendis, loquuntur) situm est, ex adfistentiâ Canonum Apostolicorum, iuris communis, ac obseruantia, in Imperio Romano notoriâ, habuisse & habere; vt idcirco superuacaneum videri posset, multis illud deducere ac probare: tamen, quia Abbates, Priores & Conuentus iam dicti Monasterij, defectuibus suis, ab vtraque Iurisdictione, Ecclesiastica & sæculari, vi armisque potentiorum, dolis ac machinationibus ipsorum seductorum, sese eximere, diuersis vicibus, tentârunt; & adhuc Agritius Reckingen, pro Ab-

N. 1.
Episcopi,
Archiepiscopi Treuirenses omnimodam Iurisdictionem Ecclesiasticam & Sæcularem in omnes Ecclesias

Dioceseos à prima fundatione habuerunt:

N. 2.
Vti & in Monasterium Sancti Maximini.

N. 3.
Quod propter defectuibus Abbati, Priorem & Conuentus iam dicti

Monasterij
ex abun-
danti liqui-
dissimis
documentis
&c. in
sequenti-
bus demō-
stratus.

N. 4.
Monaste-
rium San-
cti Maxi-
mini à pri-
mæua fun-
datione &
à tempore
Sancti A-
gritij Ar-
chiepiscopi
primi
sub omni-
moda Iu-
risdictione
Archiepiscopi-
coporum
Treuren-
sium fuit.

bate, se falsò gerens, Prior & Conuentus moderni, quantum in ipsis est, tentant; necessarium fore visum fuit, in hoc Manifesto, ex iure communi, notorietate, fundationibus Archiepiscoporum, & concessionibus Regum Francorum, ac Imperatorum Romanorum, Pontificiis, Cæsareis, Imperij ac Supremi Eiusdè Tribunalis Spirènsis, respectiuè, Indultis, priuilegiis, Regalibus, gratiis, sententiis siue arrestis, ac rebus iudicatis, nec non Eorundem confirmationibus, iuramentis item, Archiepiscopis & Electoribus, ab Abbatibus Sancti Maximini præstitis, aliisque liquidissimis documentis, luculenter demonstrare; Monasterium Sancti Maximini, in territorio, prædio & fundo Archidioceseos Treuirensis, situarum, Abbates, Priores & Conuentus Eorumq; Subditos, omnimodæ Archiepiscopali ac Electorali Iurisdictioni, Ecclesiasticæ & Sæculari, non secus, ac reliquos Abbates, Priores & Monachos, in omnib. & per omnia, excepta sola Confirmatione Pontificia, subiectos, & ad præstationem munerum personalium & realium, omniumq; actuum superioritatis, ad instar reliquorum Subditorum, obligatos, atq; prætersam Luxemburgensium violentam protectionem, per se nullam. & inuvalidam fuisse, esse, ac perpetualiter manere debere.

Vt Iustitia & Iura Archiepiscoporum Treuirensium, ac Principum Electorum, quæ in & super Monasterium Sancti Maximini habuerunt ac habent, clarissimè elucescant; ex Archiuo & Annalibus Treuirensibus breuiter sciendum est. Sanctum Agritium, à Sancto Syluestro, Summo Pontifice, Patriarcham ac Belgij Primatem & Archiepiscopum Treuirensium primum, constitutum, sacellum in honorem Sancti Ioannis Euangelistæ, deinde Sancti Hilarij dictum, postea Monasterium Sancti Maximini nominatum, in territorio, prædio, fundo D. Petri

Petri anno trecentesimo tricesimo quarto ædificasse, personas Ecclesiasticas in idem assumpsisse, ac vt, sub iurisdictione Archiepiscopali, futuris temporibus, perpetuò permanerent, statuisse.

Ex qua primæua fundatione apparet, Monachos Maximinianos falsò asseruisse; dum non solum in scriptis, sed etiam in lapide, super portam Monasterij Sancti Maximini posito, serunt; Constantinum Magnum, Eiusque matrem Helenam, fundatores Monasterij fuisse; cum tamen haud absurdè conici possit; Sanctum Agritium, in honorem saltem Constantini Magni & Helenæ, vt Benefactorum, imagines, in lapidem, incidi curasse, & Monachos modernos, paucos ante annos, in Tabulam nouam, insculpi falsò mandasse; atque ex Archiuo & Annalibus Treuirensibus certum est, dicti sacelli Administratores, non Monachos (quia tùm temporis in Gallia nulli erant) sed Sacerdotes, Archiepiscopis omninò subiectos, pro Sancti Agritij, Eiusque Successorum libera dispositione ac Beneplacito, ibidem collocatos vixisse, atque in ea viuendi ratione, plusquam ducentis annis, permanisse: donec, inclarescente Sancto Benedicto, circa annum Christi 547. ab Archiepiscopis Treuirensibus, regulam Sancti Benedicti professis Monachis, sub Archiepiscopi nihilominus potestate, vt prius Sacerdotes erant, inhabitandum concessum fuit.

Huius sacelli, postea Monasterij Sancti Maximini, fundationes, ab Archiepiscopis Treuirensibus factas, Serenissimi Reges Franciæ & Austrasiæ, ad cultum diuinum augendum, pro sua suorumque Antecessorum salute, in prouētibus, successu temporis, auxerunt; in reliquo verò, Archiepiscopis Treuirensibus, omnimodam iurisdictionem, Ecclesiasticam & sæcularem, reliquerunt. Quæ Dagobertus & Sigebertus Reges Francorum,

N. 5.
Monachi falsò iactant, a lapidi inscribere, quasi Helena & Constantinus Magnus fundatores Monasterij fuissent.

N. 6.
Monachi tunc temporis non fuerunt.

N. 7.
Augmentationibus Imperatorum & Regum Monasterium Sancti Maximini non exemptum.

4 ARCHIEPISCOPATUS ET ELECTOR:

N. 8.
Quid ex
Diplomati-
bus Dago-
berti & Si-
geberti de-
monstra-
tur.

N. 9.
Tria nota-
bilia.

1. Reges
Franciæ
Monasterij
fundatores
non fuisse,
sed saltem
Donaria
quædam
Gazophyl-
lacio intu-
lisse, abdi-
cato omni
proprieta-
tis iure.

N. 10.
2. Intuitu
istorum
Donario-
rum neque
titulum
Fundatio-
nis neque
Protectio-
nis quæsi-
uerunt.

N. 11.
3. Idem
contra De-
uastatores
Archidiœ-
cesis adste-
runt.

rum, ad instantiam ac fauorem Sancti Modoaldi Ar-
chiepiscopi, Ille anno regiminis xii., qui fuit Christi D.
CXLIII. Hic anno Christi DCLIV. regis Diplomati-
bus (quæ hic ex tabulario Archiepiscopali sub litteris A.
& B. inferuntur) confirmârunt, & Ipsi, Eiusque Successo-
ribus perpetualiter mancipârunt.

Hic ex priuilegiis tria singularia notanda. I. Quod,
etsi Dagobertus Rex Francorum, Eiusque Antecesso-
res & Successores, Cellæ Sancti Hilarij, postmodum
Monasterio Sancti Maximini dicto, ante ab Archi-
episcopis Treuirensibus, & Sancto Modoaldo funda-
to ac dotato, quædam, ad augmentandam Eccle-
siam, tribuerint; tamen exinde fundatores non fuerunt;
sed donaria saltem Gazophylacio liberè intulerunt, om-
nemque proprietatem Ecclesiæ, ac dispositionem Ar-
chiepiscopis reliquerunt. II. Quod Reges Franciæ, in-
tuitu istius augmentationis, & donariorum illatorum,
honorem fundationum, sibi deferri, nunquam intende-
runt; multò minus, sub prætextu Protectionis, aut alio
quocunque fucato titulo, Subditis, maximè rebellibus,
contra Archiepiscopos, adstiterunt; sed omnia, sub iure
& potestate Sancti Petri, Treuirensis Ecclesiæ eiusque
Pontificis perpetualiter mancipârunt: Nec modernus
Christianissimus Rex Ludouicus xiii., laudabilissimo-
rum suorum Antecessorum vestigiis inhærendo, omni
proprietas iure abdicato, quicquam in Monasterio
prætendat, aut prætere potest; sed potius omnia,
in statu antiquissimo in Eodem, & Archidiœcesi, re-
linquet. III. Quod Reges Franciæ, Ecclesiæ Treuirensi,
contra deuastatores, Hattos, Hunnos, Vandalos, Nort-
mannos, & quoscunque alios (vti ex supra allegatis Da-
goberti & Sigeberti Regum Diplomatum, & Annali-
bus Treuirensibus, constat) semper adstiterunt, eosque ex
Archi-

Archidieceſi eiecerunt : vt ita Adſiſtentia, Regibus Franciæ innata, & acceptatio eiufdem hæc in Archidieceſi, cum conſenſu ac conſilio Archiepiſcoporum, radicata ſit.

Elapſis centum tribus poſt obitum Sancti Modoaldi annis, Sanctus Hildulphus Archiepiſcopus, circa annum Chriſti 760. Cœnobium B. Maximini, æuo ſeu iniuria tempeſtatis deforme, nouis ſubſtructionibus, excoluit, ſacra Eiufdem oſſa, ex Oratorio veteri, in alium locum, tranſtulit pone Sancti Hilarij Cellã, ædem Sancti Ioannis Euangeliftæ nomini ſacram, à fundamentis nouam, maximis impenſis, exſuſcitauit; in ſuperque Monasterium, recenti ac eleganti ſtructure, frequentia Monachorum, atque opulentiffimis, tum ex ſuo, tum D. Petri peculio, datis fundis, ad inſignem amplitudinis gradum (vti hoc corroborant literæ anno 1146. pridie Nonas Iunij à Conrado Romanorum Rege, Alberoni Archiepiſcopo, ea de re datæ, quæ infra lit: C. allegantur) perduxit; ac præterea, reuocata veteri Monachorum diſciplina, centum inſtituit numero Cœnobitas, ac penes Antiftitem Treuirorum, loci ius & arbitriũ eſſe, ſtatuit. Ex quibus expreſſum crimen falſi aperte liquet, quod nempe Monachi, perfricta fronte, negēt; Monasterium Sancti Maximini, ob primæuam foundationem, & hanc reſtaurationem æ reſeruationē Archiepiſcoporum Treuirenſium, ſub omnimoda Archiepiſcopali ac Electorali Iuriſdictione Eccleſiaſtica & Sæculari, permanſiſſe.

Quibus & ſimilibus criminibus falſorum, a pertis dolis, aſtutiis, ſigmentis, fraudulentis que ſubſtructionibus, bello etiam & armis Potentiorum, Cœnobitæ Monasterij Sancti Maximini, foundationibus ac donationibus Archiepiſcoporum, inſolentiores facti, Pontifices, Imperatores, exteros que Principes, contra Archiepiſ-

N. 12.
Sanctus
Hildulphus
Archiepiſ-
copus Mo-
naſterium
ſuis & Ar-
chidieceſ-
ſeos bonis
fundat, ac
Monachos
in eo collo-
cat, omni
Iuriſdictione
ſibi ſuis-
que Succeſ-
ſoribus re-
ſeruata.

N. 13.
Falſi cri-
men Mo-
nachorum.

N. 14.
Monachi
Maximi-
niani ad
peiora que-
que, imò
vsque ad
vencieſia
prolapſiſ

copos suos, concitârint, quibusque præstigiis, à quibus nullus, maximè circa annum Christi 1024. tutus esse potuit, ad machinationes suas peruersas adimplendas, vti sint, & quo modo dapes, omnibus pudoris ac reuerentiæ claustris refractis, attestante Christophoro Browero Societatis Ignatianæ, in Annalibus Treuirensibus, venenolinerint, atque pocula lethifera miscuerint, Archiuum Archiepiscopale & Annales Treuerici plenissimi sunt, nec vno volumine conscribi possent.

N. 15.
Monachi
præstigiis
suis tem-
pore Otto-
nis secundi
Schismatici
priuilegia
obtincent.

Iisdem etiam artibus pessimis vti, Schisma Pontificium, temporibus Ottonis Secundi, in sede Apostolica, exortum, nec non Eiusdem Ottonis contra Lotharium Francorum Regem (cui Egebertus Archiepiscopus, & Britannia Comitum sanguine oriundus, & consanguinitate & amicitia coniunctus erat) dissidia ac bella, quasi fraudum suarum optimam, occasionem, in præfensa sua commoda, arripuerunt, ac ab Eodem, nonnullisq; in schismate Pontificibus, per falsam narrata, inualida Diplomata sub- & obreptitiè ex præfictârunt. Simili planè versutiâ ijdem Monachi, Henricis iv. & v. schismaticis & excommunicatis Regibus Romanorum, ac Gilberto & Petro Leonis Pseudo-Papis, contra Archiepiscopos suos Egilbertum & Brunonem, legitimis Pontificibus adhærentes, iisque coniunctissimos, astutissimè se adiunxerunt.

N. 16.
Iisdem mo-
dis, tempo-
ribus Hen-
ricorum
iv. & v.
ac Antipa-
parum.

N. 17.
Monachi
Maximi-
niani resra-
Garijab
Archiepis-
copis Tre-
uirensibus
ad cancel-
los obedi-
entiæ redi-
guntur.

Etsi, hisce prædicto modo inualidis Diplomatum ex præfictatis, Monachi subinde deficere, ac ab obedientia, reuerentia, ac iurisdictione Archiepiscoporum Treuirensium, sese subducere tentârint; tamen Archiepiscopi eosdem, suis contradictionibus & oppositionibus, alijsq; medijs licitis, ad cancellos debitæ subiectionis redegerunt; idque notanter tempore Alberonis (quem Innocentius Secundus suis manibus consecrauit)

uit) factum. Nam, postquam iidem Monachi licentiosi, contra Dominū Alberonem Archiepiscopum, Eiusque Antecessores, aperto Marte, insurrexissent, atque insigne rebellassent, opeque, vi, & armis prætensi Protectoris, Comitum Namurcensis (de quo infra breuiter dicitur) Archidicefin ac territoria Ecclesie Treuirensis, incendijs, depopulationibus & latrocinijs fœdissime deuastassent, taliq; modo ius & proprietatem Monasterij, Archiepiscopis, subtrahere conati fuissent: Conradus Secundus Imperator, in præsentia ac cum consensu Principum Imperij, ad instantiam sollicitam Domini Alberonis, Ecclesie iuriumq; eiusdem acerrimi Defensoris, ac Pastoris vigilantissimi, Eidem assistente S. Bernardo, Abbate Clareuallensi (cuius epistolæ, ad Innocentium Papam II. transmissæ, infra sub litera E. habentur) priuilegijs Imperatorum & Regum antecedentium diligenter inspectis ac perlectis, causâ maturè deliberatâ, ipsi Alberoni, Eiusq; Successoribus ac Archiepiscopatu, omne ius proprietatis Abbatie Sancti Maximini, quod Eiusdem Antecessores Archiepiscopis ueriperuerant, & ad se traxerant, per sententiam iustissimam (quæ est sub lit. C.) in anno 1139. adiudicauit, ac in perpetuum tradidit: eoq; ipso omnia Monachorum sub- & obreptitiè ex practicata priuilegia & Diplomata falsissima, prætensâ Aduocariâ annullatâ, cassata atque extincta sunt.

Quam sententiam, cum plenaria causæ cognitione prolata, Fridericus Primus Barbarossa Imperator, Domino Hillino Archiepiscopo Treuirensi, Dñi Alberonis Successori, pariter in præsentia Principum & Membrorum Imperij, Treuiris viii. Idus Ianuarij, Indictione V. Anno Dominicæ Incarnationis M. C. LVII. Bullâ Aurâ confirmauit, uti sub lit. D. videre est. Quid hisce

B lucu-

N. 18.

Idque notanter tempore Alberonis Archiepiscopi.

N. 19.

Conradus secundus, D. Alberoni dno Bernardo assistente, sententiam contra Monachos & Comitem Namurcensem profecta.

N. 20.

Quæ Monachorum obreptitiâ priuilegia cum Aduocariâ extincta sunt.

N. 21.

Fridericus primus Imperator Conradi secundi sententiam confirmat.

8 ARCHIEPISCOPATUS ET ELECTOR:

luculentissimis publicisque Imperatorum, & totius Imperij, sententijs, rebus iudicatis, ac documentis clarius esse potest? Quis mortalium dubitabit, Abbatiam & Monasterium S. Maximini cum Subditis, ad Archiepiscopos & Diocesim Treuirensis, cum omnimoda iurisdictione Ecclesiastica & temporali, ab antiqua & primæua fundatione, proprietatis iure, non obstantibus violentis atque iniustis turbationibus, pertinuisse & adhuc plenariè pertinere?

N. 22.
Dominus
Albero Archiepiscopus
affistente Diuo
Bernardo
causam Romæ
veget.

Interea Albero Archiepiscopus, hisce rebellionibus Monachorum, & Henrici Comitis Namurcensis, præteriti Protektoris, in Archi-Diœcesim Treuirensis excursionibus, rapinis ac deuastationibus durantibus, pro defensione iurium Ecclesiæ, in Abbatem, & iam dictum Comitem, gladium Ecclesiasticum vibrans, Romæ, apud Innocentium Secundum Pontificem, ope D. Bernardi (vt eius epistolæ sub litera E. declarant) adiutus, instantissimè causam sollicitauit; Qui iustitiâ & æquitate, Diuique Bernardi literis, veritatem status continentibus,

N. 23.
Innocentius
secundus
Pontifex
Conradi
secundi
sententiam
confirmat.

motus, non solum Abbatem, ab excommunicatione Alberonis, certis clausulis insertis, absoluit, & Eidem, vt contra Henricum Comitem Namurcensem, censuris Ecclesiasticis, alijsq; vijs iuris, procedat, iniunxit: verum etiam Conradi Secundi Imperatoris sententiam, Apostolica autoritate, in anno 1140. confirmauit, vt Diploma sub litera F. latius habet. Hanc confirmationem Innocentij Secundi, Successor Eius Eugenius Papa Tertius,

N. 24.
Vti & eius
Successor
Eugenius
tertius.

Alberoni & Hillino, in annis 1147. & 1152. binis Bullis roborauit, quæ sub litera G. num. 1. & 2. adijciuntur. Easq; sententias ac confirmationes Adrianus Quartus

N. 25.
Alique
Successores
Pontifices
& Imperatores.

in annis 1155. & 1157. Clemens Tertius in anno 1190. aliiq; subsequentes Pontifices & Imperatores, etiam moderni, Urbanus Pontifex viii. in concessionibus ac confirmationibus ac confir-

matio-

mationibus Iudulorum, & Ferdinandus Secundus in Regalibus, quæ Archiepiscopis Treuirensibus continuatè tradiderunt, apertis, clarissimis & plenissimis elausulis, confirmârunt, atque Imperatores ad eorundem manutentionem, iuramento solenni, vigore Capitulationis Cæsareæ, sese firmiter obstrinxerunt; prout & omnes Abbates dicti Monasterij, vnà cum Subditis, eiusmodi subiectionem, obedientiam & fidelitatem, Archiepiscopis Treuirorum, vti Dominis territorij ac Ordinariis Suis, præstitis iuramentis (quæ sub lit. H. nu. 1. & 2. habentur) contestati sunt. Vnde luce meridiana clarius apparet, quæcunq; in contrarium moderni Prior & Conuentus adducere possint; ea omnia ac singula, vti sub- & obreptitiè, iniustâ vi & armis, extracta, iam dudum annullata & cassata, proindeque Eos, vtpote nulla amplius fide dignos, non audiendos, nec in vlllo iudicio, admittendos esse. Hinc maximè mirandum, dictos Priorem & Conuentum non prouidisse ac prouidere, quantis tricis, difficultatibus & contradictionibus, Sanctissimum D. N. ac Cæsaream Maiestatem, Eorumq; Consiliarios, vti & Suprema in terris Tribunalia, eo ipso, dum sententiâs luculentas ac res iudicatas retractare malitiosè petierint & petant, implicârint, & adhuc implicare intendant. Quapropter nec modernus Archiepiscopus, nec Eius Successores, sanis consiliis vsi, vi iuramentorum, vnquam contra dictas sententiâs & res iudicatas, iuraque Ecclesiæ suæ, in quocunq; tandem iudicio, quicquam decerni passuri, aut prætensè decretû, admissuri sunt: prout modernus D. Archiepiscopus & Princeps Elector, sententiâs, à Monachis, in Aula Cæsarea, per falsa narrata, ex practicatis, sese iure opposuit, & contradixit; ac imposterum, si opus fuerit, in hoc aliisq; quibusuis iudiciis, opponet, & contradicet, nec

N. 26.
Abbates
sancti Ma-
ximini
prædicta o-
mnia iura-
mentis præ-
stitis conto-
stati sunt.

N. 27.
Monachi
non sunt
amplius
audiendi.

N. 28.
Monachi
sanctissimû
D. N. &
Cæsaream
Maiestatem
tricis im-
plicârunt.

N. 29.
Modernus
Dominus
Archiepif-
copus ac sui
Successores
in hac cau-
sa nullum
Iudicem
imposterû
agnoscere
possunt.

N. 30.
Modernus
Dominus

Archiepiscopus Cæsareæ sententiæ sese opposuit.

N. 31.

à tempore Alberonis, Monachis sententia Conradi fecundi vi ac armis deuictis, Ipse Eiusque Successores in quietâ possessione aliquot sæculis fuerunt.

N. 32.

Abbatibus ac Monachis, eorumque Subditi omnes actus Landtsassicus instar reliquorum subditorum præstiterunt.

magis Ecclesiasticam illis, quàm Sæcularem, exemptionem, sola Confirmatione Apostolica excepta, concedere volet aut poterit.

A tempore Alberonis Archiepiscopi Treuirensis, rebellionem sedata & extincta, Eiusdem Successores, in quietâ possessione atque plenario exercitio iurium territorialium & Electoralium (quoad Monachos, de præsumpta Cæsarei Procuratoris Fiscalis turbatione, ad statim dicitur) vsque ad annum 1609. absque interruptione, aliquot sæculis, permanserunt; & Abbates S. Maximini, eorumque subditi, Archiepiscopis & Electoribus, iuramentum fidelitatis, subiectionis ac obedientiæ, iuxta formulam, supra lit. H. num. 1. & 2. adductam, præstiterunt; cuius, ad indicta Comitum prouincialia sæpius, conceptis verbis, sunt vocati; tanquam Subditi & Landtsassij, cum reliquis Abbatibus ac Ecclesiasticis, comparuerunt; mandatis Archiepiscoporum & Electorum, ut Dominorum territorij indubitatorum, paruerunt; in Eorum ac Ecclesiæ Treuirensis vtilitatem & publicam commodam, in commune consuluerunt; Ecclesiasticarum contributionum Receptores fuerunt; ipsorum Subditi indictiones & collectas pariter soluerunt; illasque in commune ærarium ac Cassam prouincialem intulerunt; ad Parlamentum Prouinciale & Curias Ecclesiasticas prouocârunt; & prouocati comparuerunt; inque iisdem litigârunt; nouo Electo Archiepiscopo iuramentum subiectionis præstiterunt; munera personalia ac realia, cæteraque Subditorum munia, atque omnes & singulos iurisdictionis territorialis actus, paratè ac officiosè subire debuerunt & debent; hæcque omnia, sine vlla temporis aut personarum suarum exceptione, semper obedienter & absque contradictione, fecerunt.

Vsque dum, tempore ac regimine Caroli V. Imperatoris,

toris, Cæsareus Procurator Fiscalis, processus, in Camera Spirensi, Supremo Imperij tribunali, cõtra & aduersus Ioannem Ludouicum, Archiepiscopum Treuirensẽ ac Principem Electorem, vti eximentem, & Abbatẽ vti exemptum, in anno 1548. extraxit, ac conclusiones suas (vti conclusio libelli, iudicialiter ibidem exhibiti ac producti, habet) eò direxit; vt Domini Iudices Camerales in Iure decernerent, & pronunciarent; Abbatẽ S. Maximini, Statum ac membrum esse Imperij Romano-Germanici, immediatum, eaq; propter Eidẽ ad solutionem omnium contributionum, ordinariarum & extraordinariarum, teneri; casu autem, quo Elector Treuirensis, in exemptione Abbatix, aliquid iuris prætenderet ac haberet, Ipsum pro Eadem, ad prædictas contributiones, Imperio exoluendas, obligatum esse.

Hoc processu (in quo ipsimet Abbates Procuratores constituerunt, & à parte Archidioceseos ac Electoratus steterunt, atque se pro Subditis Eiusdem, propria iudiciali confessione, agnouerunt) duodeuiginti annis ventilato, priuilegiis, sententiis, rebus iudicatis, reliquisq; documentis & scripturis, ab vtraque parte productis, depositionibus testium, reliquisq; iuribus diligentissime (vti ex voto Camerali, quod sub lit. I. habetur, luculenter videre est) ponderatis, aliisq; consideratis considerandis, tandem in anno 1570. die 12. Februarij sententia absolutoria (quæ est sub lit. K.) in fauorem modò dictarum Archidioceseos ac Abbatix, contra Cæsareum Fiscalem, pronunciata ac promulgata fuit.

Quo Imperatoris & totius Imperij Iudicato iustissimo, antiquissima Electoratus Treuirensis Iurisdictio, Abbatix verò S. Maximini Subiectio, approbata & stabilita fuerunt. Et quia hac sententia, tam clara, Subiectio & Landtsassiatas Abbatix prædictæ, iteratò con-

N. 33.
Sæcularis
Iurisdictio
aliquot sæ-
culis vs-
que ad an-
num 1548.
firma stetit,
quo Cæsa-
reus Fisco-
lis Camera-
lis Mona-
steriũ exi-
mere ten-
tauit.

N. 34.
Anno 1570.
Camera
Imperialis
sententiam
pro Archie-
piscopatu
pronunci-
uit.

N. 35.
Quæ sen-
tentia cum
aliis sen-
tentiis &

& priuile-
giis, Regali-
bus inserta
fuit.

firmantur: eadem vnà cum Conradi II. Imperatoris sententia, Electoribus, ab Imperatoribus & Imperio concessis præminentis, Regalibus ac priuilegiis, quoties Electores eadem, casu accidente, recognouerunt, à Rudolpho II. vsque ad modernum Imperatorem Ferdinandum II. inserta est, & consequenter, sub manibus sigillisque Imperatorum Romanorum, Archiepiscopi Treuirenses ac Principes Electores, sæculari, per sententias, adiudicata iurisdictione sæpèfatæ Abbatiz, inuestiti sunt, vti passus nouissimæ inuestituræ Regalium sub lit. L. pluribus ostendit.

N. 36.
Prædictæ
sententiæ
Camerali
nemo con-
tradixit.

Cui sententiæ, neque à Cæsareo Fiscali, neque ab vilo alio, nomine Imperij, neque etiam ab Abbate & Conuentu, vnquam contradicium, sed eadem ab Iisdem sponte, absque contradictione, acceptata fuit; prout Abbates S. Maximini, more Prædecessorum suorum, vti supra demonstratum est, & aliorum Archidicæcescos Prælatorum ac Ecclesiasticorum, in omnibus ac singulis Conuentibus ac diæcesibus prouincialibus, obedienter comparuerunt, Recessus subscripserunt, aliaque omnia atque singula, ad instar reliquorum Ecclesiasticorum ac Sæcularium subditorum, vnà cum Subditis, præstiterunt: vti hæc notoria, & in recenti hominum, adhuc viuentium, memoria sunt.

N. 37.
Abbas &
Monachi
haciusta
sententia
spretæ, tem-
pore Lo-
tharij Ar-
chiepisco-
pi, in anno
1609. con-
tra iuramē-
tum, ope

Post quam sententiam, iustissimè latam, etsi omnino sperandum erat, Monachos sub fidelitate, obedientia ac subiectione debitis, vel tunc tandem permansuros; tamen prædictis omnibus non attentis, vinculisque obedientiæ ruptis, sub regimine Dñi Lotharij, Archiepiscopi Treuirensis: ac Principis Electoris, Abbas Reinerus, contra iuramentum, Ioanni Archiepiscopo & Electori, more Prædecessorum suorum, pro Se & Successoribus suis, ac iuxta tenorem, supra lit. H. num. I. insertum, in
anno

anno 1582. præstitum, in anno 1609. conatus est, sese iurisdictioni ac potestati Electorali opponere; Imperiales ac Prouinciales collectas denegare; Regale Mosellæ, quo Archiepiscopi ac Electores ab Imperatoribus inuestiti sunt, in pagis Maximinianis, ad se trahere, aliaq; plurima, contra Conradi II., Rudolphi II. aliorumque Imperatorum & Imperij sententias ac res iudicatas, vti & Regalia, priuilegia, Constitutiones Imperii, ac confirmationes Summorum Pontificum, attentare.

Luxemburgensium deficere incipiunt.

Quibus periuris conatibus ac attentatis, cum D. Lotharius Archiepiscopus & Elector, contradiceret, ac sese opponeret, atque iura Ecclesiæ suæ, mediis iuris & facti licitis permissisque, manuteneret; Idem Abbas, cum Priore & Conuentu, quò pessimam intentionem ac inceptas defectionem & rebellionem, eò magis meliusque, in effectum producere possent, Luxemburgicum Regimen, siue potius hoc, Abbatem, Priorem & Conuentum commouerunt implorâruntque, & antiquam Comitum Namurcensium protectionem, à Summis Pontificibus ac Imperatoribus, vti supra commemoratum, annullatam ac prorsus cassatam, vt in priores dissolutiones liberius corruerent, resuscitârunt. Qui Luxemburgenses ad statim, vi armata, Archidicecesin Treuirensis, milite numerofo, inuaserunt, ac Eidem, tot tantasque hostilitates, intulerunt, & damna infinita causârunt, vt tandem a temeratus Dñs Lotharius Archiepiscopus Treuirensis ac Princeps Elector, in Electione Matthiæ Romanorum Regis, Francofurti in anno 1613. celebrata, processus & mandatum, contra nominatum Abbatem, super Violatione constitutionis Pacis Publicæ, eodem anno die 13. mensis Octobris, extrahere commotus fuerit; in quo ipsi Abbati, sub pœna viginti quinque marcarum auri puri, & amissione omnium priuile-

N. 38.

Monachi periuram defectionem, ope Luxemburgensium, sub falso prætextu protectionis, in effectum perducere conantur.

N. 39.

Dominus Lotharius contra violationem Mandatum in anno 1613. à Matthiæ Imperatore extraxit.

giorum ac immunitatum, à turbatione violenta, defistat, vti & Subditis Abbatia, solutio cessarum & futurarum Contributionum, ac insimul reparatio restitutioq; damnorum illatorum, iniungitur, vt in extractu dicti mandati hic sub lit. M. latius continetur.

N. 40.
Abbas &
Conuentus
cōtra man-
datum hoc
falsas exce-
ptiones pro-
duxerunt.

Contra hoc mandatum Abbas & Conuentus quidem, fictitias quasdam ac falsas exceptiones, vti & Casarea, antiquis rebellionibus sub- & obreptitiè, per dolos, fallacias, mendacia & corruptiones, à Pseudo Papis ac Imperatoribus excommunicatis, in schismate Ecclesie, ex practicata, perq; binas Conradi II. & Rudolphi II. sententias, annullata iura, priuilegia ac exemptiones produxerunt.

N. 41.
Quæ à parte
Electoris
fundamentis
saliter elis-
duntur.

Quæ exhibita, à parte Archiepiscopi Treuirensis & Principis Electoris, tantis cum fundamentis, elisa sunt; vt nemo contrarium quid, in hoc Processu possessorij summarissimi, ac priuilegiato casu fractæ pacis, in quo vigore Constitutionum & Ordinationis Cameræ Imperij, ab executione, procedi solet & debet, persuadere aut imaginari sibi potuerit.

N. 42.
Fundamē-
tis Electo-
ris reiectis,
senatus Au-
licus Casus
reus cons-
trariā sen-
tentiam in
anno 1626.
protulit.

Verum præmissis omnibus non attentis, à moderni Imperatoris Ferdinandi II. Senatu Aulico, hæ, ab Abbate, Priore & Conuentu, cum Luxemburgensibus ad hærentibus, Archidiocesi Treuirensi, cōtra Constitutionem Pacis Publicæ, illatæ violentiæ, inuasiones, ac hostilitates, per sententiam (cuius copia sub litera N. adiungitur) in anno 1626. die tertia Mensis Augusti publicatam, cum omniū, qui huius causæ vel superficiariam tantum cognitionem habuerunt, summa admiratione, approbatæ, mandatum, iustissimis ex causis, extractum, cassatum, Monasterium, ab antiquissima ac immemoriali Electorali Iurisdictione, exemptum, Abbas immediatus Prælati & Status Imperij declaratus, Ipsique vt colle-

collectas Imperij immediatè soluat, iniunctum est.

Qua sententia, exemplo planè inaudito, non solum omnia & singula antiqua, super Abbatiam S. Maximini, sanguine ac bonis parta, assertaq; Electoralia Iura, Regalia & priuilegia; sed etiam, cum extrema confusione ac elusione Romani Imperij, binæ Cæsareæ Sententiæ, Conradi II. & Rudolphi II., contra claras & expressas Pontificias Confirmationes, Auream Bullam Caroli IV. Imperatoris, Constitutiones Imperij fundamentales, & Imperatoriam iuratum Capitulationem, præsumptiuè, annullata videbantur.

Huic sententiæ, modernus Dñs Archiepiscopus ac Princeps Elector, Philippus Christophorus, vestigiis Antecessorum Suorum firmiter inhærendo, vi Iuramenti, Ecclesiæ Treuirensi, pro conseruatione Iurium, præstiti, ad statim, ab intimatione & sciëntia, sese opposuit, solennibus protestationibus, in scriptis, fundamētaliter, contradixit, nec non omnia & singula media atque remedia, tam Iuris, quā facti, Sibi Successoribusq; Suis, reseruauit; Coelectoribus etiam Suis, nullitates prædictæ Sententiæ manifestas, communicauit; Qui Cæsareæ Maiestati & Principi ab Eggenberg, contrarietates eiusdem & anteriorum Cæsarearum Sententiarum, litteris (quarum Copiæ sub lit. O. n. 1. 2. & 3. inueniuntur) liquidius remonstrarunt, ac in simul petierunt; vt Sua Maiestas huic, Imperio & duobus Supremis Eiusdem Tribunalibus, maximè præiudiciali repugnantia, vel Imperatoria declaratione, vel alio modo, remediū præsens, adhibere velit: vt & eodem tempore, altememorata Cæsareæ Maiestati, Testimoniales, à Camera Spirensi, Supremo Imperij Tribunali, de dato, Spiræ die 2. Februarij anno 1628. (hic sub lit. P.) in quibus causam, ibidem, in anno 1570. sententia terminatam, attestatur, transmissæ sunt.

C

Qui-

N. 43.
Quā sententiā omnia Iura Archiepiscopalia & Electoralia euentur.

N. 44.
Sententiæ huic iniustæ modernus D. Archiepiscopus contradixit, ac

pro manu tentione Iurium omnia media quærit.

N. 45.
Coelectoribus nullitates sententiæ communicat.

N. 46.
Coelectores contrarietates huius & anteriori Cæsarearum Sententiarū remonstrant.

N. 47.
Camera Spirensis testimoniales modernus Imperatori transmissit.

N. 48.
Senatus Au-
licus Cæsa-
reus senten-
tiâ anno
1630. latâ
causam ad
Cameram
Spirensis
remisit.

N. 49.
Monachi
moderni
Ferdinan-
dum feci-
dum Impe-
ratorē cir-
cumueni-
unt.

N. 50.
Defectio
Monacho-
rum Maxi-
minianorū
inde ori-
ginem
traxit, quia
Sententia
anno
1570. lata
nouæ cog-
nitioni
subiecta
fuit.

N. 51.
Adhorta-
tio moder-
ni Domini
Archiepis-
copi ad
Successo-
res.

Quibus Coelectorum litteris, Camera Imperialis Te-
stimonialibus, aliisq; considerandis consideratis, Cæsa-
rea Maiestas tandem, prædictam contrariam Sententi-
am, ad Imperiale Tribunal Spirensis, alia Sententia, de-
dato Viennæ die 18. mensis Maij anno 1630. lata, remi-
sit: cuius Sententiæ tenor lit. Q. habetur.

Ex quibus, plus quam abundanter, constat, quomodo
moderni Cœnobitæ dicti Monasterij, ipsorumq; adhæ-
rentes, modernam Cæsaream Maiestatem, non secus, ac
olim eiusdem farinae Monachi, Ottones, Henricos al-
iosq; Imperatores, suis sub- & obreptionibus, falsissi-
mis narratis, annullatis Pontificiis ac Cæsareis priuile-
giis & Diplomatum, dolis, fallaciis, aliisque machina-
tionibus circumuenerint.

Et quia ex hætenus deductis clarè liquet, quod re-
bellio, seditio, & inobedientia Subditorum, in Archi-
dicepsi, excitata, præsertim vltima Monachorum Ma-
ximianorum defectio, quæ in Regimine Dñi Lotharii,
Archiepiscopi ac Principis Electoris, mota, inde origi-
nem habuerunt; quod Romanorum Imperatorum, Eo-
rundem ac Supremi Imperij Tribunalis Spirensis, in an-
no 1570. promulgata, ac vnâ cum Electoratus Regali-
bus confirmata, Sententia, in Cæsareo Senatu Au-
lico, de nouo introducta, ac Monachorum, ipsisq; adhæren-
tium, falsissimis narratis, vltra priores Cæsareas Senten-
tias & res iudicatas, nouis cognitioni ac iudicaturæ, sub-
iecta, supraque litera N. allegata Sententia contraria,
contra omnem Iuris ordinem, promulgata fuit: Eapro-
pter, modernus D. Archiepiscopus Treuren: ac Prin-
ceps Elector, Successores suos futuros & Canonicè
Electos, Confirmatosq; seriò admonitos vult, & omni-
nò sperat; Eosdem, ad exemplum Eminentiæ Sux, Eiusq;
laudabilissimorum Antecessorum, Iura, priuilegia, Re-
galia,

galia, Sententias, & res iudicatas, facta testata, conferu-
turos, atq; ab eiusmodi iustissimo proposito, se neq; pro-
missionibus, neque tractatibus, neq; Processibus, neque
vi Potentiorū militari, dimoueri passuros, neq; in rebus
iudicatis clarisq; Iuribus, vllam compositionem, vel lu-
ridicum Processum, in nouo iudicio, inuituros; sed magis
eiusmodi introductiones reiecturos, ac omnibus Iuris
& facti licitis mediis, iura Ecclesiæ, defensuros esse.

Postquam hæc, in Senatu Aulico, contra Cæsareas
Sententias & res iudicatas, Pontificias Confirmatio-
nes, Constitutiones Imperij fundamentales, ac Ordi-
nationem Camere Imperij Spirensis, præpostero & in-
uerso Iuris ordine, ita peraguntur ac pronunciantur;
modernus Dñs Archiepiscopus ac Princeps Elector, Iu-
ribus Ecclesiæ suæ inuigilando, in Supremo Imperatoris
& Imperij Tribunali Spirensi, mandatum sine clausula
de non contraueniendo Sententiæ, de anno 1570. ibi-
dem latæ, de dato Spiræ die 27. Octobris anno 1626.
extraxit; in quo, Priori ac Conuentui, sub pœna duode-
cim marcarum auri puri, paritio iniungitur, vti ex ex-
tractu Mandati, hic sub lit. R. adiuncto, videre est.

Simili modo, Remissoria à Senatu Aulico, ad Came-
ram Imperij Spirensis, de dato Viennæ die 18. mensis
Maij Anno 1630. facta, altememoratus Dñs Archiepi-
scopus ac Princeps Elector, aliud Mandatum sine clau-
sula de non contraueniendo dictæ Sententiæ anno
1570. latæ, de dato Spiræ die 23. mensis Iulij Anno 1630.
extraxit, in quo sub pari pœna, duodecim scilicet mar-
carum auri puri, Priori & Conuentui paritio imponi-
tur, vti extractus Mandati sub lit. S. latius continet.

Hoc Camerale Mandatum, Priori & Conuentui so-
lum, Electione Agritij Reckingen, pro Abbate falsò se-
gerentis, per binas Sententias Rotæ Romanæ, cassata.

N. 52.

Dominus
Elector
modernus
contra præ-
dicta Man-
datum de
non contra-
ueniendo
sententiæ
anno

1570.

latæ in Ca-
mera Spi-
rensi anno

1626. 27.

Octob. ex-
traxit.

N. 53.

Idem simi-
le manda-
tum ibidē
anno1630. extra-
hit.

N. 54.

Quod Ma-
datum Ca-
merale
Priori &

18 ARCHIEPISCOPATUS ET ELECTOR:

Conuentui
insinuat,
qui non
comparat,
sed potius
in defec-
tione fla-
granti, ope
Luxembur-
gensium,
perseuerat,
ac armis se
opponunt.

(qua de causa, modernus Dñs Elector, pro respectu Sedis Apostolicæ, ac Iuribus Electoralibus conseruandis, Ipsum pro Abbate agnoscere nec potuit nec voluit) more consueto insinuat: Qui nõ tantum, variis tergiver-
sationibus, Iudicium Imperij, Supremum, subterfugere, ac contumaciter emanendo, eludere conati sunt, nec Sententiæ Cæsareæ remissoriæ, detulerunt & deferunt; sed potius, eisdem Sententiis & Mandatis Cameralibus, defectioni ac rebellionis flagrantibus ac in facto permanentibus inhiarendo, inq; pœnis, in quas, ipso Iure, inciderunt, infordescendo, arrestis, in Romano Imperio illicitis, vi militari, inuasionibus hostilibus, aliisq; prohibitis modis, sub falso prætextu protectionis Luxemburgensis, iniustissimè sese opposuerunt atque opponunt: ac quidlibet, quod ad plenariam & extremam defectionem conducere potest, conquirunt.

N: 55.
Modernus:
Dominus
Archiepiscopus
in
propria
manuten-
tione im-
pediri
sequit.

Verum cum, modernus D. Archiepiscopus Treuirensis & Princeps Elector, ad manutationem & defensionem Iurium Electoralium ac Superioritatis, arctissimo Iuramenti, Ecclesiæ Treuirensi præstiti, vinculo, constringatur: Eminentiam Suam in iisdem, neque præten-
sa Sententiæ, à Consilio Cæsareo Aulico, contra Electoratum, pro Abbacia, in Anno 1626. prolata; neque ab eodem Consilio, ad Iudicium Imperij Spirensis, subsecuta causæ remissio; neque, à iam dicto iudicio, Anno 1630. emanatum, ac Monachis Monasterij S. Maximini insinuatum, Mandatum de non contraueniendo, remouari possunt.

N: 56.
Sententia
Consilij
Aulici nul-
la, cum nõ
visis actis
Rationibus.

Non sententia Cæsarei Senatus Aulici, supralittera Q. allata; cum ea, vel ex hoc solo fundamento, ipso Iure, nulla sit; quia, actis prioribus nec habitis, nec visis, multò minus lectis vel ponderatis, contra-

Sen-

Sententiam Camerae Imperialis prolata sit: per textum in
l. post Sententiam. 9. Cod. de sentent & interlocut. omn. Iudic.
Sebastian. Vant. de nullit. ex defect. proces. nu. 125. cum quibus
 concordant *textus Ordinationis Camerae Imperialis part. 3.*
tit. 51. & 53. vbi disertis claris verbis statuitur: quod cur-
 sus Iustitiae Camerae Imperialis non impeditus ac liber
 relinquendus, Sententiaeque in ea prolatae a nemine, nisi,
 a deputatis Reuisoribus, examinandae, reformandae, &
 syndicandae sint; si secus fiat, haec omnino inania, inuali-
 da, & nulla proque talibus haberi debeant. Neque in
 Imperio Romano vnquam practicum extat, quod
 Sententiae, a Camera Imperiali prolatae, a Caesareo Con-
 silio Aulico, parem seu concurrentem Iurisdictionem
 habente, reformatae sint, aut reformari possint; maxime,
 cum nec Caesar Ipse, hoc, de plenitudine potestatis, fa-
 cere, parti que Ius, per Sententiam quaesitum, auferre
 queat, *dictal. post sententiam. 9. & ibi DD.* Hocque multo
 fortius, in terminis praesentibus, vbi Ipsemet Caesar, per
 Suum Fiscalem, contra Electorem & Abbatem, ratione
 Exemptionis & Collectarum, Imperio immediate solu-
 uendarum, Anno 1548. agere coepit, & Processus ex-
 traxit, atque in Iudicio contradictorio inibi victus fue-
 rit: cum tralatitium sit; iudicium, cum Principe vel Eius
 Fisco, actum, Successori in Imperio vel Principatu, ita
 obesse aut nocere, vt Is, nullo modo, Sententiam, ad-
 uersus se latam, reuocare possit. *Oldradus Consil. 49. col. 6.*
Marcus Anton. Peregrin. lib. 1. de iure Fisci. tit. 3. n. 7. Deinde
 Sententia Caesarei Consilij Aulici posterior ideo etiam
 nulla est; quod illa in possessorio, prior vero Sententia
 de Anno 1570. in Camera Spirensi, in possessorio ac pe-
 titorio, lata sit, prout Testimoniales, supra lit. P. allatae,
 clare habent. Iam vero in Iure tritum est; Sententiam

prolata, &
 contra sen-
 tentiam
 Camerae
 Imperialis

N. 57.
 Sententiae
 Camerales
 a Senatu
 Aulico re-
 formari
 nequeunt.

N. 58.
 Neque a
 Caesare, et-
 iam ex ple-
 nitudine
 potestatis.

N. 59.
 Multo mi-
 nus in no-
 stro casu,
 quo Fisca-
 lis Caesare-
 us causa
 anno 1570.
 cecidit.

N. 60.
 Sententia
 Aulica nul-
 la, quia in
 possessorio
 prolata, illa
 vero de an-
 no 1570. in
 petitorio
 & possesso-
 rio pro-
 mulgata.

N. 61.
 Modernus
 D. Elector
 protestatus
 est, casu
 quo Iura
 Electoralia
 læderetur,
 quod illa
 mediis lici-
 tis defen-
 dere velit.

petitorij, quæstionem possessorij, omnino ac in totum absorbere; idcirco Consilium Aulicum, deciso petitorio, & remissione facta, cognitionem & iudicaturam possessorij, sibi non retinere; multò minus, de eodem; pronunciare poterat. Adhæc; modernus Archiepiscopus Treuirensis ac Princeps Elector, in Aula Cæsarea, in scriptis, per expressum, protestatus est; in sperato casu, quo Eminentia Sua, prætextu allegatæ Sententiæ, in possessione Iurium Electoralium & territorialium, vltèrius turbaretur; quod Eadem, pro manutenendo seu retinendo Iure, ab antiquo, Ecclesiæ Treuirensi competente, ac postea, turbatione facta, per Cameræ Imperialis Sententiam adiudicato & quæsito, iisdem mediis, tam Iuris, quam facti, quibus cæteri Imperij Principes ac Status vtuntur, vti debeat & velit. Ex quibus liquidò patet; Sententiam Aulicam, tanquam ipso Iure nullam, ac priori iudicato totius Imperij contrariam, non obstare; quò minus Elector Treuirensis, media facti, pro subsistentia iam dicti iudicati, eligere possit.

N. 62.
 Propria
 manuten-
 tioni re-
 missio cau-
 sa ad Ca-
 meram
 Spirensis
 non obstat.

Non remissio Causæ, à Cæsareo Consilio Aulico, ad Cameram Imperialem, hac adiecta clausula, quod Sententia Aulica firma manere debeat, facta; Cum hæc clausula reseruatoria intelligatur, quatenus Sententia Aulica in Iure subsistat. Iam verò ex præcedentibus apertè constat; dictam Sententiam, contra expressa Legis & partis Iura, Constitutionesq; Imperij latam, proindeq; nullam esse, ac ita hanc reseruatoriam, Dño Electori Suisque Successoribus, nullum, in propria manutenzione, impedimentum adferre potuisse & posse.

Non

Non Mandatum Camerae de non con-
traueiundo &c. Priori & Conuentui insinuatum:

Cum, per nudam insinuationem Mandati, nulla litis-
pendentia, ob quam, Dñs Elector, à via facti supersede-
re teneatur, inducatur; maximè, nostro in casu, quo Mo-
nachi, ad prædictum Mandatum insinuatum, non com-
paruerunt; sed, relicta Iuris via, ad bellum apertum, tam
contra defunctum, quam modernum Dñm Archiepi-
scopum & Principem Electorem, ope ac auxilio Lu-
xemburgensium, conuolârunt, Reditus Camerae Ele-
ctoralis arrestârunt, Regemq; Christianissimum, ad ob-
sidionem ac expugnationem Arcis & Fortalitij Sreuden-
burg non sine noua Electoratus ruina, prouocârunt. Ex
ideo, cum prædicti Monachi refractarii, bello ab Ip-
sis concitato, tandem deuicti, atque ad antiquam &
primæuam subiectionem redacti sunt; sanè modernus
Dñs Elector, ad viam Iuris, quam ipsi refractariè spre-
uerunt, adigi non potest; verum, in Eminentia Sux libe-
ra facultate, positum fuit & est; Iura per Summorum
Pontificum, Imperatorum, Imperij, Eiusque Supremi
Tribunalis, respectiue, Indulta, priuilegia, Regalia,
Sententias & res iudicatas, Confirmationes item con-
cessas, nec non præscriptam antiquissimam possessio-
nem, quæ sita, modis ac mediis quibuscunque, facta te-
cta, tueri ac defendere.

Cum primis, quia, postrema sæpèdictorum Mona-
chorum defectio, ab Ecclesia Treuirensi & Electoratu,
à violatione Cõstitutionis Pacis publicæ, contra quam
Electores, in notoria Iurium Electoralium possessione,
ad implorationem Monachorum, armis Luxembur-
gensium, turbati fuerunt, originem traxerit: Hoc enim
casu, Constitutio Pacis publicæ, parti læsæ, propriâ ma-

N. 63.
Mandatum
Camerae
de non cõ-
trauenien-
do execu-
tionem nō
impedit.

N. 64.
Maximè cõ-
Monachi
non com-
paruerint,
& relicta
viâ Iuris ad
arma con-
uolârunt.

N. 65.
Monachis
deuictis,
D. Elector
Iura Ar-
chiepiscop-
alia & E-
lectoralia
defendere
potest.

N. 66.
Cum pri-
mis, quia
postrema
hæc defe-
ctio origi-
nem à vio-
latione pa-
cis publicæ
sumpsit.

N. 67.

Vigore Constitutionis pacis publicæ quilibet Status per se vel auxiliares suos iura sua defendere potest.

N. 68. Modernus D. Elector, non obstante sententia aulica iura Archiepiscopalia & Electoralia defendere potest, etiâ armis defensivis & censuris Ecclesiasticis.

N. 69.

Idque vigore privilegiorum Pontificiorum & Cæsareorum.

N. 70.

Ecclesiasticæ iurisdictionis &c. Archiepiscoporum Treuirensium in Monasteriis S. Maximini notoria sunt.

nutentionem, quinimò, recuperationem, amissæ possessionis, etiam lite pendente, nacta quacunque occasione, vel per Se, vel per Auxiliares suos, expressis verbis, permittit.

Ex quibus sole meridiano clarius elucescit, prædictis Sententia Aulica, Decreto Remissorio ac Mandato Camerali (cui Monachi, vti dictum, non paruerunt, sed illud contumaciter despexerunt) non obstantibus, moderno Dño Electori, iure merito, vigore concessorum Pontificiorum & Cæsareorum, Indultorum ac Regalium licuisse atque licere; iura, Sententias & res iudicatas, quibuscunque, tam Iuris, quam facti, mediis, executioni mandare, eaq; iusto bello defendere, ac refractarios inobedientesq; Monachos, pœnis Canonis, etiam Excomunicatione (prout ab Alberone, aliisq; Archiepiscopis Treuirensibus, tam contra Monachos, quam eorum auxiliares ac Adhærentes, practicum & vsitatum reperitur) ad subiectionem debitam cogere. Idq; vigore Privilegiorum Summorum Pontificum, & Imperatorum, (quæ hic sub lit. T. num. 1. & 2. inseruntur) quibus pœnæ, per Archiepiscopos Treuirenses & Electores, Subditis rebellibus ac refractariis inflictæ, Pontificia & Imperiali authoritatibus, confirmantur, ac pro confirmatis, habentur.

Ecclesiasticas verò iurisdictionem & subiectionem quod attinet, eadem ex Archivo Curie Ecclesiasticæ Treuirensis, inibi que diuersis introductis, decisis & adhuc pendentibus controuersis, clarè probantur, ac notoria sunt; vti & vltèrius, manutentio earundem Ecclesiasticarum Iurisdictionis & subiectionis ex sequenti, patet. Nam, cum Luxemburgenses Anno 1578., in mense Maio, nouæ Abbatis Electioni, sese intruderet, altememoratus D. Iacobus Archiepiscopus, laudatissimæ me-

mo-

moriam, eiusmodi intrusionem & adiunctionem, utpote præiudicialem & inconsuetam, non solum non permittit; sed adstatim ut missi dimitterentur, per Marischalcum Suum seriò præcepit; Portas, præiù hoc Archiepiscopali & Electorali præcepto, non apertas dicitus Marischalcus, pro conseruatione debitæ obedientiæ & subiectionis, tormentis aperuit. ad quam iustam manutationem ac defensionem Iurium Archiepiscopaliũ & Electoralium, Sententiæ item rei quæ iudicata, portæ apertæ sunt, Marischalci & aliorum Officiatorum Dñi Archiepiscopi ope, Luxemburgenses ex fundo S. Petri, dimissi sunt, tumque electio, more antiquo, peracta est; ut Processus, & Instrumentum de super erectum, omnia & singula, punctuatim & latius continent.

Nec obest Monachorum prætensa, seu sub- & obreptitiè obtenta, in Ecclesiasticis, exemptio; nam licet à nonnullis Imperatoribus & Regibus Romanorum, maximè tempore Schismatum Ecclesiæ, Iurisdictioni Ecclesiastica ac Sæculari (quæ ad Episcopos & Archiepiscopos Treuirenses, à primæua fundatione, atque Iure Ordinario, & proprietario, in & super Abbatiam Monasterij S. Maximini, eiusque Subditos, pertinuit) iniuste, ac per violentiam, iuxta verba formalia Cæsareorum Diplomatum, supra litteris C. & D. adiunctorum, ablata sit; tamen postea Eadem, à Successoribus Imperatoribus, & ab ipsomet Ferdinando Secundo, Archiepiscopis Treuirensibus, Alberoni, Hillino, Eorumque Successoribus, & moderno Philippo Christophoro, cum omni Iure proprietatis, prout à prima fundatione possederunt, habenda, possidenda, ac ordinanda integraliter restituta & confirmata fuit.

Quæ omnia ac singula Summi Pontifices, Innocentius

D

Secun-

N. 71.
Iacobus ab
Eltz Ar-
chiep. iurisdictione
Ecclesiasticam defendit.

N. 72.
Exemptio
Monachorum prætensa iurisdictioni Ecclesiasticæ non obest.

Secundus, Eugenius Tertius, (quorum duntaxat Diploma, supra sub litteris F. & G. nu. 1. & 2. breuitatis causa, allata sunt) Eorumq; Successores, in Confirmationibus ac Concessionibus Apostolicis confirmarunt, & ita vnà cum Imperatoribus & Regibus Romanorum, Archiepiscopis Treuirensibus & Principibus Electoribus, prædictam omnimodam Iurisdictionem Ecclesiasticam & Sæcularem, iuxta primæuam foundationem, plenariè restituerunt, nullamq; exemptionem, ratione dicti Monasterij, Sibi reseruârunt.

N. 73.
Confirmatio
Abbatum Iurisdictioni
Ecclesiasticæ & sæculari nihil
præiudicat.

N. 74.
Ratio prima.

N. 75.
Ratio secunda.

N. 76.
Modernus Dominus
Archiepiscopus
Monachos Maximilianos ad
obedientiam redigere potest.

Cui omnimodæ Iurisdictioni Ecclesiasticæ & Sæculari, Confirmatio Abbatum Apostolica, nihil omninò derogare aut præiudicare potuit vel potest; nam Iuris est, quod generaliter omnia, quæ, per Priuilegia exemptionis, expressè non adimuntur, censentur illi reseruata, & remanent sub eius Iurisdictione. *Petrus de Anchorano in cap. postulasti. nu. 45. ante medium. Vers. quod probo. X. de foro compet. Prosper Farinacius parte 5. decision. Rota Romana. decis. 324. nu. 5.* Quia etiam materia exemptionis odiosa est, ac strictè interpretanda. *cap. per exemptionem. cap. Si Papa. de Priuilegiis in 6. Oldradus consil. 268. Petrus de Anchorano cons. 260. & consil. 389. in dub. 2. Tiberius Decianus responsio 51. nu. 8. vol. 3. ultra casum Confirmationis non est extendenda.* Hinc modernus Dominus Archiepiscopus Treuirensis optimo iure, sub beneplacito S. D. N. Monachos Maximilianos refractarios & licentiosos, vigore Canonum, ac specialiter Concilij Tridentini *cap. 5. sess. 6. ca. 4. sess. 13. cap. 4. & cap. 6. sess. 14. cap. 8. sess. 21. cap. 16. sess. 23. de reformat. & c. corrigere, emendare, ac ad debitas subiectionem & obedientiam redigere potest.*

Aut si non debito modo obediant, nouaq; tradimenta, contra Sedem Apostolicam, Archiepiscopatum Treuirensis & Electoratum, machinentur; Archiepiscopi

scopi & Electores Treuirenses, si in correctionibus atque emendationibus impediuntur, tam vigore Canonum & Concilij Tridentini, quam Aureæ Bullæ ac Constitutionum Imperij, Eiusdem adfistentia, vel aliis obedientibus Monachis vnire, vel in totum redditibus, proventibus & emolumentis Monasterij, ad alios pios vsus, applicatis, cum ratificatione Sedis Apostolicæ, extinguere possunt: quæ tam grauitè ab hisce Monachis læsa, nunquam permittet, vt propter prætersam annullatamq; qualemcunque exemptionem, & ipsa Sedes Apostolica, & Archiepiscopatus antiquissimus ac fidelis, vltèrius violentas persecutiones patiantur.

Cum ex iis, quæ hæcenus deducta sunt, euidenter appareat; Archiepiscopos Treuirenses & Principes Electores, in quietâ possessione ac pleno exercitio vtriusque omnimodæ Iurisdictionis Ecclesiasticæ ac Sæcularis, turbatione Anni 1609. non attenta, semper permanfisse, seseq; in iisdem omnibus licitis viis ac modis, tam Iuris quam facti, manutenuisse & defendisse, prætersamq; Luxemburgensium Aduocatiam fuisse ac esse incentiuum defectionum Abbatum, Prioris & Conuentus Monasterij S. Maximini: quoties enim iniustissimas causas habuerunt, ac ab Archiepiscopis & Electoribus, Ordinariis ac Magistratibus suis, deficere inceperunt, toties, sub spe huius Aduocatiæ, classicum cecinerunt, atque Archidicæcesin, ac Sanctam Ecclesiam Treuirensis, vi militari, inuaserunt, funditusq; deuastârunt, vt ex Archivo Archiepiscopali & Annalibus Treuirensibus, nostroq; tempore ex notorietate constat, ac, prò dolor, plusquam euidentis est. Idcirco de huius Aduocatiæ inualiditate & nullitate, vltra illa, quæ supra adducta sunt, sequentia, ex abundantia, superadduntur.

N. 77.
Archiepiscopi Treuirenses in quietâ possessione Iurisdictionum fuerunt, quam etiam viis licitis defendere.

N. 78.
Prætersa protectio Luxemburgica fuit incentiuum defectionum Abbatum, Priorum & Conuentus Monasterij Sancti Maximini.

N. 79.
Inualiditas & nullitas dictæ prætersæ Ad-

D 2

Quod

uocatiæ in
sequenti-
bus remon-
stratur.

N. 80.

atque pri-
ma funda-
tione.

Quod autem, à primæua fundatione, proprietas Aduocatiæ, Ecclesiæ Treuirensi, & solis Archiepiscopis ac Electoribus, super dictam Abbatiam, partim Iure Superiore itatis atque Dominij, partim specialibus Cæsareis Concessionibus, & Pontificiis Confirmationibus, competierit, & ad Eosdem pertinuerit, atque adhuc competat, ac pertineat, ex sequentibus inclarescet.

N. 81.

Albero Ar-
chiepisco-
pus Conra-
do secundo
Imperato-
ri deposuit
& conque-
stus est. Im-
peratores
Antecesso-
res, Abba-
tiam cum
Aduocati-
a regia pote-
state ad se
rapuisse.

Nam postquam, Albero Archiepiscopus Treuirensis, Conrado II. Romanorum Regi, in præsentia & conspectu Principum, sæpius deposuerat ac conquestus erat, quomodo Eius Antecessores, Imperatores Romani, Abbatiam S. Maximini, quæ olim à B. Hildulpho Archiepiscopo Treuirensi, de bonis Treuitorum Ecclesiæ, fundata erat, Regia Potestate (vt loquitur idem Conradus II. in Sententia, infra lit. V. afferenda) subtraxerint, ac pensiones exinde amplas perceperint; Ipse, iustis precibus inclinans, dictam Abbatiam cum Aduocatiæ, Treuirensi Ecclesiæ ac Archiepiscopis, resignauit, & proprietariè reddidit; atque eadem vice, inter Alberonem Archiepiscopum Treuirensis ac Henricum Comitem Namurcensem, Compositionem erexit; qua dictus Comes, omnibus Iuribus, quæ super Abbatia, prætendebat, renunciauit, & Aduocatiæ in feudum ab Alberone, nomine Ecclesiæ Treuirensis, accepit ac recognouit; vti Diploma Cæsareum, de super Anno 1146. datum, sub lit. V. latius continet.

N. 82.

Conradus
2. Abbatiam cum
Aduocati-
a Domino
Alberoni
restituit, ac
compositionem in-
ter ipsum
& Comitē
Namurcen-
sem erexit.

N. 83.

Conradi
cōpositio-
nem Fride-
ricus I. con-
firmat.

Hanc Conradi II. ratione Aduocatiæ, factam Compositionem, Fridericus I. Barbarossa Imperator, Hillino Archiepiscopo, Anno 1157. (vt ex §. Tibi & libero & Capitali Aduocato, &c. Documenti Confirmationis, supra lit. D. allati, liquidò constat) vti & omnes Successores Imperatores, ac modernus Ferdinandus II. in Concessionibus Regalium, confirmarunt.

Eidem

Eidem Hillino, eandem transactionem, inter Archiepiscopum Alberonem & Comitem Namurcensem erectam, Eugenius Papa III. Apostolica autoritate, Anno 1152. iuxta Indultum, hic sub lit. X. adiectum, corroboravit, ac ita prætenfa hæc Aduocatia, Pontificum ac Imperatorum Sententiis, rebus iudicatis, Priuilegiis ac Confirmationibus, denuò sublata est.

Quam Eugenij Papæ Compositionis prænominatæ corroboracionem Apostolicam, Adrianus IV. Annis 1155. & 1157. ac Clemens III. Anno 1190. Eorumque Successores, vti & modernus S. D. N. Urbanus VIII. in Confirmationibus Archiepiscoporum ac Indultorum Apostolicorum, successiuè ratificârunt.

Huius Aduocatiæ proprietatem Subsequentes Imperatores, Archiepiscopis Treuirensibus & Electoribus, in Concessionibus Regalium, in specie verò Carolus IV. Imperator anno 1376. 2. kalend. iunij confirmârunt, vti ex littera Y. apparet.

Quam Aduocatiâ, Caroli IV. Successores, prædicto modo, vti & Maximilianus I. Imperator Ioanni Archiepiscopo, anno 1495. cum Iure inuestiendi de temporalibus Abbatem, binis Diplomatum (quæ habentur sub lit. Z. num. 1. & 2.) concessit.

De quorum Cæsareorum Diplomatum vero intellectu & sano sensu Votum Dominorum Cameralium supra lit. I. allatum videri poterit; ad quod breuitatis studio, cum in eodem omnia clarissimè deducantur, lector remittitur.

Quæ Aduocatia, ac potestas inuestiendi super Iuribus, Regalibus ac feudis, vnà cum proprietate & possessione, ab omnibus Imperatoribus subsequentibus, Maximiliano I. vti dictum, Carolo V. (qui simul Duces Luxemburgenses fuerunt) Ferdinando Primo & Maxi-

N. 84.
Vti & omnes Imperatores Successores.

N. 85.
Eugenius Papa III.
Conradi

2. compositione corroborat.

N. 86.

Vti & Adrianus IV.
Clemens III.
omnesque Successores Pontifices.

N. 87.

Proprietatem Aduocatiæ Carolus IV. confirmat.

N. 88.

Et Maximilianus I. Ioanni Archiepiscopo Ius inuestiendi de temporalibus cõcedit.

N. 89.

Imperatores Successores & Modernus Ferdinandus II. prædicta omnia in concessione

Regalium
corroborata
runt.

miliano Secundo, Rudolpho Secundo, Matthia Primo, & moderno Ferdinando Secundo, vti aliquoties in-
nuatum est, in Concessionibus Regalium (hisce claris
verbis, omnibus Regalium libris insertis, proprietatem,
possessionem, vel quasi, etiam a duocatiæ sæpenominati
Monasterij, Archidicecæsi competere) confirmatæ, ip-
forumq; manuum subscriptionibus & Sigillis, firmiter
roboratæ sunt.

N. 90.
pontificia
& Imperat
toriz con-
cessiones &
Confirma-
tiones non
tam leuiter
euerri poss
sunt.

N. 91.
Contrariū
si fiat, status
Imperij se-
cæ mediis
concessis,
defendere
possunt.

Quæ Pontificia, Imperatoria, Regia, ac Supremo-
rum Imperij Tribunalium, respectiue Indulta, Regalia,
Priuilegia, Sententiæ, & res iudicatæ, Concessiones,
Confirmationes ac corroborationes, antiquissima item
& præscripta possessio, contra clarum textum Articuli
tertij, Cæsareæ Capitulationis iuratæ, non tam leuiter,
vel ob proprium interesse, vel ad nutum Monachorum
deficientium ac refractariorum, vel alias ob causas pro-
hibitæ, subuerti, vel ad instar Nasi Cerei, hinc inde, ver-
ti possunt ac debent. Nam hoc, si fiat, aut tentetur, Ele-
ctores, Principes & Status Imperij, qui in Præeminen-
tiis suis, Dignitatibus, Regalibus, Priuilegiis & Iuribus,
cum primis Sententiis ac rebus iudicatis, contra Ius &
fas, Constitutionemq; Pacis publicæ, violenter turbantur,
eadem impunè defendere, ac se in possessione sua,
vel quasi, manutenere licitè queunt: vti Archiepiscopi
Albero Comitem Namurcensem, & Iacobus ab Eltz
Luxemburgenses, atque Antecessores Electores ac mo-
dernus Dñs Archiepiscopus, eosdem prætenso violentos,
se seque de facto intrudentes Protectores, iustis ar-
mis, expulerunt, & ita, eo ipso, falsa protectio, Senten-
tiis, ac rebus iudicatis, ac armis explosa, & in se extincta
est, ac meritò in perpetuum extincta manere debet. Nec
Imperium Romanum, Electoratum tam limitaneum,
sup-

supprimi, vel Potentiori, hisce vel similibus artibus ac violentiis, subiici patietur.

Sed quid pluribus, de horum Monachorum defectionibus, dicendum? cum iam nouam Gallicam, falsa Luxemburgensi repudiata, protectionem, Archiepiscopo, Electore, Principe territorij, ac Commendatore suo in salutato, machinentur.

Verum sicuti modernus Dñs Archieps Treuirensis ac Princeps Elector, Regi Hispaniarum, Luxemburgensibus, & quibuscunq; aliis, saluis Conscientia, ac Iuribus Imperij, & Electoralibus (cum Electores, nec ipsi Cæsari, specialem, in Electoratibus suis, sed vniuersalem tantum protectionem concedant: quod maximè, in hoc nostro speciali casu, procedit; quo Imperatores ac Imperium, omne Ius super Monasterium, cum ipsa Aduocatia, proprietariè ac plenariè, in Archiepiscopos Treuirenses & Principes Electores, transtulerunt) permittere hactenus non potuit; ita etiam Rex Christianissimus, pro Zelo Religionis, pietate atque iustitia, quibus erga Sanctam Ecclesiam Treuirensis ducitur, in Protectionem, in æternum, non consentiet. Primò, Quia scit, & intellexit, sepe dictos Monachos rebelles ac contumaces fuisse & esse, inq; Excommunicatione contra Sedem Apostolicam ac Archiepiscopum, Ordinarium suum, & Principem territorij, in dies in fordes cere. Secundò, Non adesse consensum Archiepiscopi, Ordinarij, Electoris, vti Principis territorij, & Commendatoris. Tertiò, Ipsos, vti tales, à Christianissima Maiestate sua ex Castro Sreudenburg expulsos, atque ad obedientiam, noua Archiepiscopatus Treuirensis ruina, fuisse redactos. Quartò, Punctum Protectionis, ante acceptam Christianissimæ Regiæ Maiestatis Adhærentiam, tam dilucidè declaratum fuisse; vt Eadem, errorem

N. 92.

Monachi, repudiata Luxemburgensis falsa protectione nouam Gallicam, inuocant.

N. 93.

D. Archiepiscopus modernus cuiuscunque protectionem concedere non potest.

N. 94.

Nec Imperatori Electores specialem in suis Electoratibus.

N. 95.

Rex Christianissimus in protectionem non consentiet.

N. 96.

1. Quia scit Monachos esse rebelles.

N. 97.

2. Archiepiscopi consensum desesse.

N. 98.

3. Monachos vt rebelles ex Castro Sreudensburg expullos.

N. 99.

4. Punctum protectionis ante assistentiam Regiam dilucidè declaratum fuisse.

N. 100.

5. Totum Electoratū sub libero Regimine Electoris manere debere.

N. 101.

6. Maiestatem suam vindicem solum libertatis & iurium Electoralium.

Luxemburgensium, agnouerit, ipsos scilicet Protectionem, super Archiepiscopatu ac Electoratu Imperij libero, vi militari, iniuste intrudere voluisse: nam præsupposito Protectore potentiori, non liber Elector, non liberum Eius Votum, non liberum Imperium; Leges ergo Imperij fundamentales, quod difficillimum futurum erit, euertendæ. Hinc in totâ Capitulatione, cum Christianissima Regia Maiestate inita, sola Adfistentia stipulata, ac nudum solum limitatum Depositorium Castrorum Ehrenbreidtsstein & Philipsburgici, in Archi-atque Episcopatibus Treuirensi & Spirensi, nullumq; aliud Ius vel in minimo traditum est; nec Eadem vllum iudicium vel iudicaturam suscipere, vel quamcunque actionem aliam contra Archidioccesin Treuirensis, modernum Dñm Archiepiscopum ac Principem Electorem, Eiusque Successores, nunc & in futurum, prætere potest aut debet: prout in rebus iudicatis, vllam aliam interpositionem vel compositionem qualemcunque, inter Electoratum ac Subditos rebelles, admittere, iniustum foret. Quintò, Totum Archiepiscopatum ac Electoratum, cum omnibus Ciuitatibus, Oppidis, Pagis, Satrapiis ac locis, sub libero Archiepiscoporum ac Principum Electorum Regimine & Comendamento, sicuti ante Capitulationem erant, permanere debere. Sextò, Christianissimum Regem Franciæ modernum, ad imitationem laudabilissimorum Suorum Antecessorum, Vindicem tantum libertatis ac iurium Electoralium esse; quem Titulum Maiestas Sua nunquam propter Monachos refractarios Sibi eripi, & per plausibilia Sibi ab ipsis, sine dubio cum consensu Luxemburgensium, proposita tradimenta, vti rumor est, se decipi patietur. Septimò, Adfistentiam oblatam & ac-

& acceptatam, non contra Dominum Archiepiscopum modernum ac Principem Electorem, aut membra mediata; sed pro Ipso contra quosuis turbatores & rebelles intelligendam esse. Octavo, Nouum bellum, inuito Principe territorij, ex Archiepiscopatu Treuirensi, contra Suecicos ac Comitem Rheni, suscipi non posse; cum Archiepiscopus, tanquam Commendator, amicabili potius compositione, cū iis, rem dirimi posse speret: sin minus, tum primum, non vti Commendator, sed vti Archiepiscopus ac Ordinarius, ad instantiam propriam, non Monachorum, ad Adfistentiam Christianissimam Regiam, recurret. Nono, Et hoc ideo vel maximè, cum ex primæua Regum Franciæ augmentatione, cum primis verò Dagoberti Diplomate, supra lit. A. allato, liquidò pateat, Eisdem, vt omnes res vel facultates, ad Ecclesiam S. Petri Treuericæ vrbis, pertinentes, cum primis, Cella S. Hilarij, iam Monasterium S. Maximini dictum; quod est in prædio S. Petri constructum, sub iure & potestate S. Petri Treuirensis: Ecclesiæ, Eiusq; Pontificis, permaneant perpetualiter, statuisse. Decimo, Hinc Sigebertus, Rex Franciæ, ad instantiam Modoaldi Archiepiscopi, non Subditorum, per Adfistentiam, Hattum aliosq; inuasores, ex Archiepiscopatu Treuirensi, tum temporis, expulit atque eiecit. Quæ omnia certè, ad æternam gloriam Regum Franciæ; confusionem verò tradimentorum, machinationumque, Monachorum Maximinianorum, ac rebellium Canoniorum, iam condemnatorum (qui tam proditoriè, & Archiepiscopum, & Regem Franciæ, pro hoste, apud Cæsaream Maiestatem, inq; toto Imperio traduxerunt; quasi Archiepiscopus ac Princeps Elector, Christianissimæ Regiæ Maiestati, Archiepiscopatum suum, hæreditariè consignasset; Eadem verò, plenarias

E

cogni-

7. Adfistentiam non contra Archiepiscopum & membra mediata intelligendam.

N. 103.

8. Bellum in uiro Electore contra Suecicos ex Archiepiscopatu geri nõ debere.

N. 104.

9. Dagobertum Regem & alios Reges Galliæ Monasterium S. Maximini Archiepiscopatus perpetualiter mancipasse.

N. 105.

10. Sigebertum Regem Galliæ ad instantiam Modoaldi, Hattum & expulisse.

N. 106.

Præcedentia omnia, ad æternam gloriam Regum Franciæ, & confusionem Mo-

nachorum
cedunt.
N. 107.
Canonici
Regē Fran-
ciæ & mo-
dernum
Dominum
Archiepis-
copum, fal-
sò tradu-
cunt.
N. 108.
Rex Chri-
stianissi-
mus fidem
Capitula-
tionis ser-
uat.

cognitionem ac iudicaturam, super controuersias, à Subditis, quales Monachi Maximiniani sunt, & ab Ipsismet, periurè excitatas, ad se trahere, ac ita Imperium dismembrare, & Regno Franciæ connectere, conatur) necessariò vergunt.

Ex quibus toti mundo apparet, Christianissimum Regem, fidem, Capitulatione datam, sanctè seruare, & impudentiam Monachorum Maximinianorum, detestari voluisse; Imperium quoque Romanum, cum Electoribus liberis, in Suis præminentis, honoribus, & dignitatibus, conseruare, ac vnà, cum moderno Dño Archiepiscopo Treuirensi, protectionem iniustam, toties abolitam & extinctam, ab Ecclesia Treuirensi, ne regnum Sux Maiestatis, quoquo modo, per hos vel similes prætextus, in futurum patiatur, in æternum arcere firmiter statuisse.

N. 109.
Tria in Ar-
chiepisco-
patu Treu-
rensi, pro
subsistentia
Abbatia,
requirun-
tur.
N. 110.
1. Electio
ex amore
erga Ordi-
nē, & per-
missione
Archiepis-
coporum,
Monachis
concessa.

Accedit vel maximè; quod semper tria, in Archiepiscopatu & Electoratu Treuirensi, pro subsistentia Abbatia S. Maximini, requiruntur: Electio legitima; Confirmatio; & Beneplacitum, seu tacitus, Electoris Treuirensis, tanquam Principis territorij, Consensus. Hæc tria cumulatiuè semper fuerunt, & adhuc sunt, ex Indultis & Priuilegiis Summorum Pontificum & Imperatorum; vt supra satis clarè, ex iisdem, & possessione antiquissima, demonstratum est. ELECTIO, ex amore erga Ordinem, & permissione Archiepiscoporum, Monasterio S. Maximini, sicuti aliis eiusdem Ordinis Monasteriis, in Archidiocesi, concredita: Ita tamen, ne vergat in detrimentum Eiusdem, & proprij Monasterij, totiusq; Religionis, vt nostro tempore contigit; alias enim, vti antea, ex primæuis iuribus, & adhuc in Gallia, & Flandria, Prouinciis vicinis, Nominaciones apud Electores Treuirenses, vtpote Principes territoriales, erunt.

runt. CONFIRMATIO, semper fuit ab initio, apud Archiepiscopos, quo tempore, & Monasteriū, & totus Archiepiscopatus, pacificè steterunt: sed hanc solūmodò, Archiepiscopi ex respectu erga Sedem Apostolicam ad Cameram Eiusdem, vt fructibus gauderet Annatorum; propriis tamen iuribus reseruatis, pertrahi permiserunt. Paternitas ergo, Pietas & Sanctitas prædictæ Sedis Apostolicæ, non permittent; vt, propter hunc respectum, tota Ecclesia Treuirensis, pereat: quin potius, salubriori medio, occurret, vt nempè, Confirmatio ab Archiepiscopis fiat, & Annata ab iisdem, casu accidente, soluantur, ac vel ita melius pax & tranquillitas Ecclesiæ, salusq; animarum conseruentur. BENEFICITVM verò Electoris, tanquam Principis territorij, taliter in Ipso Archiepiscopatu & Electoratu; radicatum est; vt ex eo euelli non possit, & in quieta Eius possessione, Electores Treuirenses, semper fuerunt. Nam, vt breuitati studeamus, è multis sequentia duntaxat, exempla, adducuntur; Cum quidam Wilhelmus Quadt à LandtsCron, Canonicus Treuirensis, Apostolicè Abbatiam impetrasset; Elector Treuirensis, Iacobus ab Eltz, humillima informatione, Iuris Sui territorialis, præuia, Monachis, Abbatiam, tunc conseruauit: Simili modo, cum, nostro tempore, ex capite inualidæ Electionis, Ioannes Wilhelmus Husman, tunc Canonicus quoq; Treuirensis, primus inceptor, omniumque promotor, Apostolicè Eandem quoque Abbatiam ambuisset; sed, Cardinales Zolleranus & Cleselius, præuenissent: non aliter res componenda fuit quam, vt Archiepiscopo loci, ne deesset tertium requisitum Beneficiti, Eadem Abbatia, Commédaretur: quam Archiepiscopus, vt in Pontificatu turbato dicitur, non aliter, quam studio Pacis & speratæ Compositionis, accepta-

N. III.
Confirma-
tio, initio,
apud Ar-
chiepisco-
pos fuit, &
ex solo re-
spectu, erga
Sedem A-
postolicā,
iuribus,
propriis re-
seruatis, Ei-
dem con-
cessa.

N. III.
3. Bene-
placitum.
N. III.
Beneficiti
Exempla
recesen-
tur.

N. III.
VVilhelmi
Quadt à
Landts-
Cron.

N. III.
Ioannis
VVilhelmi
Husman.

N. III.
Modernus
Dominus
archiepi-
scopus Cō-
mendam,
studio pa-
cis, accep-
tauit.

N. 117.
 Beneplaci-
 tum vti in
 Belgio &
 Regno
 Franciæ,
 iuri terri-
 toriali, in-
 hæret.

uit; vt ex punctis per Suffraganeum Suum Gregorium
 Episcopum Azotensem, & Anthonium Wiltzium Vica-
 rium Ecclesiæ Metropolitanæ, propositis, & à Mona-
 sterio primitus acceptatis, apparet; Ita vt Beneplacitum
 istud, non minus, arque in Belgio & Regno Franciæ, Iu-
 ri territoriali Electoratus Treuirensis, inseparabiliter
 inhæreat; inque eo nullus Laicus, tanquam in causa me-
 re Ecclesiastica, concurrere possit, vel pro Mediatore,
 Protectore vel Compositore sit admissibilis; sed pure &
 simpliciter, inter Pontificem & Archiepiscopum Tre-
 uirensis, quicquid super Electione seu Confir-
 matione eiusmodi occurrit, diuelli &
 componi debeat.



FON-

PONTIFICATVS,
 IN ARCHIEPISCOPATV ET
 Electoratu Treuirensi,
 Per refractarios Monachos
 Maximinianos, Aliosque
 TVRBATVS.



LEVTI in priori Manifesto ex Iure com-
 muni, notorietate, foundationibus Ar-
 chiepiscoporum, & concessionibus Re-
 gum Francorum, ac Imperatorum Ro-
 manorum, Pontificiis, Cæsareis, Impe-
 rij, atque Supremi Eiusdem Tribunalis
 Spirensis, respectiue; Indultis, Priuilegiis, Regalibus,
 Gratiis, Sententiis siue arrestis, & rebus iudicatis, nec
 non Eorundem Confirmationibus, Iuramentis item,
 Archiepiscopis & Electoribus, ab Abbatibus Monaste-
 rij S. Maximini, præstitis, aliisq; liquidissimis documen-
 tis, sole meridiano, clarius remonstratum fuit; Monaste-
 rium S. Maximini, in territorio, prædio & fundo Archi-
 diceceseos Treuirensis, situatum, Abbates, Priores ac
 Conuentus, eorumque Subditos, omnimoda Archie-
 piscopali & Electorali Iurisdictioni, Ecclesiasticæ & Sæ-
 culari, non secus, ac reliquos Abbates, Priores ac Mo-
 nachos, in omnibus, ac per omnia, excepta sola Confir-
 matione Pontificia, subiectos, & ad præstationem mu-
 nerum, personalium ac realium, omniumq; Iurium Su-
 perioreitatis, ad instar reliquorum Subditorum, obliga-
 tos, atque prætersam Luxemburgensium violentam

N. 1.
 In priori
 Manifesto
 remonstra-
 tum fuit,
 Monasteri-
 um S. Maxi-
 mini, sub
 omnimoda
 Iurisdic-
 tione Ar-
 chiepisco-
 poru Tre-
 uirensium
 ac Electro-
 ru, & præ-
 tersam
 Luxembur-
 gensium
 protectio-
 nem nullã
 ac inuali-
 dam fuisse
 & esse.

E. 3. prote-

N. 2.
In posterio-
ri hoc
Manifesto
Ius Pon-
tificiæ
Commenda
liquidò
demon-
stratur.

protectionem, per se nullam, & inualidam, fuisse, esse, ac perpetualiter manere debere; Ita, in hoc posteriori Manifesto, liquidò commonstrabitur, Priorem & Conuentum, dicti Monasterij, Collationi Pontificiæ Commendæ, seditiosè contradixisse; Imperatoris cognitionem & Iudicium, in causa hac merè Ecclesiastica ac beneficia-
li, contra Canones, Bullam Cœnæ Domini, & Concordata Nationis Germanicæ, sollicitasse; atque Sedi Apostolicæ, Summo Pontifici, Rotæ Romanæ, ac moderno Dño Archiepiscopo Treuirensi ac Principi Electori, Ordinario, in Ecclesiasticis & Sæcularibus, Magistratui ac Commendatori, mediante dicta nulla atque inualida protectione, malitiosè sese opposuisse; altememoratum Dñm Archiepiscopum, in iure, titulo & possessione Commendæ, permansisse; Eundem, pro vero ac legitimo Commendatore, à Monachis, agnosci ac haberi debere; atque Eminentiaæ Suæ, ius percipiendi fructus & redditus, Commendæ prædictæ, in Bulla Pontificia deputatos, & à tempore adeptæ possessionis cessos, competiisse ac competere; Monachos verò, ad refusionem expensarum, ratione iam memoratæ Commendæ, factarum, vti & reparationem restitutionemque omnium & singulorum damnorum, per inuasiones, deuastationes, extorsiones, aliasq; hostilitates militum Hispanorum & Luxemburgensium, illatorum, iuxta informationes desuper habitas & habendas, ac rationes Quæstoriarum generalis, adstrictos esse, ac mediis Iuris & Canonis, adstringi debere.

N. 3.
Post obitū
Petri Abbatis
Agritius
Monachus
contra Cano-
nes &
vitiiosè eli-

Postquā Petrus, Abbas quondam Monasterij Sancti Maximini, in mense Octobri, anno millesimo sexcentesimo vicesimo tertio, obiisset, sicque Abbatia vacaret; Prior & Conuentus, iam dicti Monasterij, exclusis Nuncio Apostolico ac Ordinario, adhibitis contra
Cano-

Canones & Concilia Oecumenica, directoribus Luxemburgensibus, ad nouam Electionem futuri Abbatis, progressi sunt, & quendam, nomine Agritium Reckingen, Monachum ex iunioribus, patria Luxemburgensem, in Abbatem elegerunt, vel potius intruserunt.

Quæ Electio, vel potius intrusio, cum Romam pro Confirmatione, transmissa, ac per modernum Summum Pontificem, Urbanum Octauum, in Sacro Rotæ Auditorio, examinata, talis non reperiretur, quæ veniret confirmanda, tanquam minus canonicè, ac præter & contra solennitates Sacrorum Canonum, Conciliorum Oecumenicorum, Concordatorum Nationis Germanicæ, ac Constitutionum Apostolicarum, cum primis verò Innocentij Tertij, *in cap. quiapropter. 42. X. de elect. & Elect. potestate*, Et Nicolai Tertij *in c. supientes. eod. tit. in VI.* facta, per binas decisiones, quarum vltima hic tantum sub litt. Aa. adiungitur, declarata fuit.

Quibus decisionibus præuiis, S. D. N. Urbanus PP. Octauus, moderno D. Archiepiscopo Treuirensi, Philippo Christophoro, Abbatiam ita, vti dictum, iure deuoluto vacantem, in Commendam, Administrationem & Regimen, reseruatis nihilominus, sed moderatis, pensionibus, de mera liberalitate, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, motu proprio, & ex certa scientia, concessit & contulit.

Quam Gratiam Apostolicam, altememoratus D. Archiepiscopus, solo Pacis studio, ac tranquillitate Patriæ stabilienda, ipsiusmetque Monasterij vtilitate ac salute, permotus, acceptauit.

In cuius Commendæ, Administrationis & Regiminis realem ac corporalem possessionem, modernus Dñs Archiepiscopus, à Commissario & Executore, specialiter ad id Apostolicè deputato, Ioanne Guilhelmo Huf-

gitur & intruditur.

N. 4.
Rotulo Electionis Romam misso Electio nulla & inuálida declaratur.

N. 5.
Pontifex Abbatiam ita vacante moderno Domino Archiepiscopo in Commendam concessit.

N. 6.
Qui gratiã hanc solo pacis studio accepit.

N. 7.
D. Archiepiscopi Procurator in realem

possessionem Com-
mendæ per
Apostolicū
Executore
inmitti-
tur.

man. à Namedey, per Procuratorem, ad hoc legitimè
constitutum, Georgium Wolffgangum à Kesselstat,
Canonicum quondam Capitularem & Archidiaconum
tituli S. Lubentij in Dietkirchen, cum consilio totius
Capituli Metropolitanici, ac Parlamenti Eminentix
Sux, omnibus Juris & Canonis solennitatibus seruatis,
nemine tunc contradicente, introductus fuit.

N. 8.
Prior &
Conuentus
possessioni
huic ex
post facto
sefe oppo-
nunt.

Quibus Collationi Apostolicæ ac possessioni, absque
vlla contradictione, præfato modo, adeptis, cum post-
modum Agritius Reckingen, Monachus intrusus, Prior
& Conuentus sese refractariè, opposuissent; nominatus
Commissarius ac Executor Apostolicus, eosdem oppo-
nentes, pro iure Sedis Apostolicæ, iuxta tenorem Com-
missionis Sux, atque receptum in Ecclesia & Archidice-
cesi Treuirensi morem ac obseruantiam, per binas Sen-
tentiis, in Agritium Reckingen, Monachum intrusum,
Priorem & Conuentum, prolatas, ex nunc, prout ex
tunc, & ex tunc, prout ex nunc, excommunicauit.

N. 9.
Executor
Apostoli-
cus eisdem
binis sen-
tentiis ex-
communi-
cat.

Quæ omnia ac singula præmissa capita, ex Bulla A-
postolica, Commissarij & Executoris Apostolici Man-
dato, adeptæ possessionis ac latæ Excommunicationis
Instrumentis & reliquis actis, probantur: quæ, quia Ro-
mæ, ac in Archiepiscopatu Treuirensi, & vbique, per se
notoria sunt, hic scienter omittuntur.

N. 10.
Excom-
municati
Monachi
sub fucato
protectio-
nis titulo
incitant
Luxembur-
genses, qui
arrestis ac
vi armatâ,
contra D.

Præmissis non attentis, Agritij Reckingen intrusi ac
pro Abbate se falsò gerentis, Prioris ac Conuentus,
prædictorum seditioso instinctu & periura concitatio-
ne, eò res deuenit, vt Luxemburgenses, sub fictitio, Sen-
tentiis Imperatorum, ac Summorum Pontificum Con-
firmationibus annullatæ, nullæ atque inualidæ prote-
ctionis titulo, primò moderni Dñi Archiepiscopi Tre-
uirensis ac Principis Electoris, vti & Capituli Metro-
politici, redditus & prouentus, quos in Ducatu Luxem-
bur-

burgensi habent, contra communia Iura ac Constitutiones Imperij, arresto constrinxerint, vti Eminentia^s Suae, vsque in hodiernum diem, notoriè, arrestati sunt ac detinentur.

Archiepiscopum & Capitulum procedunt.

Deinde Cæsareæ Maiestati, eorundem Prioris & Conuentus Viennam Missus, falsis informationibus & imposturis, per homines associatos, persuadere, Eamq; egregiè circumuenire voluit, vt Sua Ma.^{tas} non solum Serenissimæ Infantæ protectionem militarem demandaret; verum etiam has Beneficiales & merè Ecclesiasticas causas, ad Sæculare Tribunal inualidè trahi, Decisiones Rotæ Romanæ ac Collationes Summi Pontificis, contra Concordata Nationis Germanicæ, inaudito planè exemplo, annullari & cassari, eoq; ipso Iurisdictionem ac auctoritatem Sedis Apostolicæ, & Archiepiscopatus Treuirensis, vti & reliquorum Episcopatum totius Germaniæ, infringi permetteret: quæ omnia prædicti Monachi ex practicarunt, & per Notarium publicarunt: vt ex Cæsareis ac Monachorum Mandatariorum litteris, sub litt: Bb. Cc. Dd. latius videre est.

N. 11.
Monachi Cæsaream Maiestatem imposturis circumuenire tentarunt.

Quibus Monachorum circumuentionibus non modo Dñs Archiepiscopus (in omnibus tamen piissimam conscientiam & honorem Maiestatis Suae solemnissimè excusando, Eandemq; melius informando) pro conseruatione Iuris Apostolici ac proprii, vti sub- & obreptitiè ex practicatis, per expressum contradixit, & patentibus affixis, ex Germanico in Latinum, translatis, quæ habentur sub litt. Ee. sese opposuit; verum etiam Illustrissimus & Reuerendissimus Dominus Nuncius Apostolicus, super hac noua atque in Imperio inusitata, Sediq; Apostolicæ Eiusq; Iuribus præiudiciali procedura, litteris, ad Ecclesiasticos Electores destina-

N. 12.
Hisce circumuentionibus D. Archiepiscopus, saluo Maiestatis Suae honore, contradixit.

tis, conquestus est, instititq; serio; quatenus, coniunctis consiliis, Sacrae Cæsareæ Maiestati proponant, quam hoc alienum sit, ab Eius conscientia pietate, & maxima obseruantia laude, qua semper valuit erga Sedem Apostolicam, vt litteris Eiusdem, sub litt. Ff. latius continetur; sed apud Archiepiscopum Moguntinum frustra & in cassum laborauit, vt infra suo loco dicetur.

N. 13.
Instinctu
Monachorum
Serenissima
Infans sex
millia mil-
litum in
Archidice-
cesin misit,
qui totam
hostiliter
deuastârunt.

Posthæc instinctu, imploratione, & voluntate Agritii Reckingen, Monachi intrusi, Prioris & Conuentus prænominatorum, ipsorumq; adhærentium, Serenissima Hispaniarum Infanta, primus statim quatuor Regimenta, sex millia circiter Equitum & Peditum continentia, in Archiepiscopatum Treuirensẽ immisit, qui hostilitatibus, plusquam barbaris, vsi, totum deuastârunt, ac immensa damna intulerunt.

N. 14.
Eandem
mendaciter
in Regem
Franciæ co-
citant, ac
Dominum
Archiepi-
scopum fal-
sò tradu-
cunt.

Vtq; totum Orbem, Monachi hilicentiosi, eò magis, commouerent, falsò & Regem Gallia & Archiepiscopum Treuirensẽ traduxerunt; quasi iste, in finibus Mentensibus, militem copiosum, cogeret; Hic verò, Eiusdem opem, implorare vellet; cum tamen, nec vnicus quidem miles excepto ordinario præsidio, in dictis confinibus esset, nec Archiepiscopus, de Assistentia eiusmodi, tunc temporis, somniasset. Quæ concitationes Cæsaris ac Serenissimæ Infantæ, contra Summum Pontificem & Archiepiscopum Treuirensẽ, atque excitationes belli aperti, contra Archidiccesin & Sanctam Ecclesiam Treuirensẽ, ex notorietate & extractu litterarum ipsorum Mandatariorum, sub litt. Gg. plusquam luculenter, patent.

N. 15.
Monachi
Serenissimæ
Infantæ
mendaciis
persuadet,

Præterea sepefati Agritius Reckingen, pro Abbate falsò se gerens, Prior & Conuentus, suis mendaciis, doli, & machinationibus, eò laborarunt, ac Serenissimam Hispaniarum Infantam induxerunt; quò Dñm Archiepisco-

piscopum cogeret, omni iuri, quod Archiepiscopi Treuirenses, in & super Abbatiam S. Maximini, ab antiqua & primæua fundatione habuissent, ac modernus Archiepiscopus & Princeps Elector haberet, ac manutentione iustissima defenderet, integrè renunciare; id n̄ faceret, ex tunc, vltra prædictum militem, aliquot millia, in Archidiœcesin immittenda, qui Metropolin Treuirensis occuparent, a postolicum Commissarium & Bullæ Pontificiæ Executorem captiuarent, ac tamdiu hostilitatibus, in Archidiœcesi, grassarentur; donec Summi Pontificis aures duabus legionibus aperirentur; vt extractus litterarum ipsorum Mandatariorum, sub litteris Hh. apertius ostendit.

Sanè hæc persecutiones contra Summum Pontificem, & modernum Archiepiscopum Treuirensis ac Principem Electorem, à Monachis hisce refractariis ac rebellibus, motæ, & per militem Hispanicum executæ, tales tantæq; fuerunt ac sunt, quales, in Catholica Ecclesia, à Religiosis hominibus, imò à sæcularibus Principibus illatas (Gentiles, Apostatæ, Barbari, ac similes si excipiantur) vix auditum sit: à quibus nihilominus necdum desistunt, sed eas omnibus quibus possunt conatibus continuant, ac vndique media (scilicet, si nequeunt Superos a cheronta moturi;) conquirunt.

Inter hæc extremas persecutiones & turbas militares, modernus Dñs Archiepiscopus Treuirensis ac Princeps Elector, vti Pastorem bonum decuit; constantissimus ac imperturbatus stetit; si quidem, pro conseruatione Sedis Apostolicæ supremæ autoritatis ac præminentia, iuriumq; Archiepiscopalium & Electoralium, ne minimum quidem, minas prædictas despiciens, vimq; militarem non timens, remittere voluit; vti ipsimet Aduersarij, litteris suis, quarum extractus habetur litt. Ii.

vi ac armis
D. Archiepiscopum
ad renun-
ciationem
omnis iu-
ris, quod
Archiepiscopi super
Abbatia
habuerunt
& habent,
cogat, ac
Summo
Pontifici
aures ape-
riat

N. 16.

Persecutio-
nes Mona-
chorum ac
Luxembur-
gensium
inauditæ.

N. 17.

D. Archiepiscopus
inter arma
hæc, con-
stans per-
manet, nec
de iuribus
Sedis Apo-
stolicæ ac
propriis
quidquam
remittere
vult.

testati sunt, perq; actus publicos contradictorios, notorium est.

N. 18.
D. Archiepiscopo
nuda solū
constitutio
Procuratorij
ad resignandum
extorquetur.

Vti & notorium, quod moderno Dño Archiepiscopo Treuirensi per prædictam vim militarem (prout extractus litterarum Officiati quondam Monasterij Sancti Maximini, litt. Kk. patefacit) non resignatio valida, in partibus coram Notario & testibus, facienda, ne vllum Iuribus Sedis Apostolicæ, aut Arhidiecesi præiudicium inferretur; sed nuda solum Constitutio Procuratorij ad resignandum (quæ in manibus Luxemburgensium relicta est) sub ratificatione videlicet Summi Pontificis vti Principalis, extorqueri potuerit; vt mox dicetur.

N. 19.
Quam Monachi &
Luxemburgenses
Romæ nunquam
reproducere
runt; quæ etiam
ibidem nec
acceptata,
nec debito
modo publicata.

Hanc Constitutionem, Agritius Reckingen Monachus intrusus, Prior & Conuentus, aut Luxemburgenses, Romæ, quantum constat, nunquam produxerunt, multò minus eadem, à Summo Pontifice, acceptata fuit, aut in his partibus, post sex menses, iuxta Regulam Cancellariæ *tit. de publicat. resignat. 37. vbi Petrus Rebuffus in §. nisi de illis facta*, post tot annorum lapsum, auditum est; nec Monachi etiam Monitorio, ad id publicè emanato, ac infra litt. Pp. allegato, quicquam probârunt, vel probare potuerunt.

N. 20.
Constitutio
Procuratorij
ad resignandum
etsi reproducta
ac acceptata
fuisse, tamen
vt vi extorta
ipso iure nulla.

Etposito, non concessio, quod prædicta Constitutio Romæ reproducta, ac à Summo Pontifice acceptata fuisset; tamen, vt vi militari armisq; iniustissimis, extorta, & tam contra Summum Pontificem, quam modernum Dñm Archiepiscopum ac Principem Electorem, vt superius probatum, vsurpata, ipso iure nulla esset, *toto tit. ff. Cod. X. & in 6. de his, quæ vi metusue causa &c. c. Abbates. 2. c. ad aures. 3. c. seq. X. eod. tit. Card. Thuscus tom. 6. concl. præf. lit. R. concl. 263. Petrus Rebuffus in tract. de pacif. possess. limitat. 4. num. 230.*

Multò minus promissio simplex, (etsi vis notoria non adfu-

adfuiſſet) in reſignatione beneficiorum, ſuſſiſtere in iure poteſt; ſed certæ, vti præmiſſum, ſolennitates ad eandem requiruntur. Hinc nec Luxemburgenſes, nec ipſi Monachi refractarij, in ea, vim aliquam poſuerunt, feceruntque; ac ſi facerent, aut facere vellent, ipſiſ maior Catholicæ Maieſtatis oblatio, moderno Dño Archiepiſcopo ac Principi Electori facta, opponi poteſt, prout ſub litt. Ll. Mm. plenius videre eſt.

N. 21.
Simplex promiſſio in reſignatione non ſufficit, ſed certæ ſolennitates requiruntur.

Ulterius, Luxemburgenſes & Monachi Maximiniani ſupranominati, poſt pacem iam dicto modo tam ſplendidè ac ſanctè promiſſam, ſupra recentis cladibus, contenti non fuerunt; ſed toto inſuper ſeptennio ſubſequenti, Eccleſiæ Treuirenſi, diuerſis irruptionibus, deuaſtationibus, depopulationibus, atque rapinis, vſque in præſentem annum 1633. aliquot millionum auri damna intulerunt, vti ex informationibus, præſente Sereniſſimæ Infantæ Commiſſario habitis, computatis ac adiudicatis, inq; Parlamento Electorali & Quæſtoria generali aſſeruatis, atque ex ipſa notorietate, ad oculum remonſtrari poteſt.

N. 22.
Monachi & Luxemburgenſes pace promiſſa non ſeruata, integro ſeptennio Archidiceſin hoſtiliter deuaſtarunt.

Hinc clarè liquet, quod ſicuti S. D. N. Collationem Commendæ, moderno Dño Archiepiſcopo Treuirenſi ac Principi Electori, conceſſam, atque per Sententias Rotæ Romanæ adiudicatam, ſapientiſſimè hucusque conſeruauit, nec, vi militari armisue Luxemburgenſium iniuſtiſſimis extortum procuratorium ad reſignandum, in effectum deduci permiſit: ita Altememoratus D. Archiepiſcopus ac Princeps Elector, cum discrimine vitæ ac honorum, Sedis Apoſtolicæ Supremam in terris Iurisdictionem ac autoritatem, vti Sacri Rotæ Romanæ Auditorij deciſiones, tanquam iuſtiſſimas, defendit ac manutenuit, nec animum, Ius Apoſtolicum in toto Imperio Romano defendendi, vnquam remiſit; Eaq; pro-

N. 23.
Vt S. D. N. Collationem Commendæ conſeruauit; ita D. Archiepiſcopus de iure Sedis Apoſtolicæ ac proprio nihil remiſit, & ideo poſſeſſionem Commendæ continuauit.

pter, neque in Camera Spirensi, Supremo Imperij Tribunali, neque in Suo Archiepiscopatu, aliisue in locis, Agritium Reckingen, Monachum intrusum, pro Abbate Electo, agnoscere voluit, aut potuit: vti ex Mandati Cameralis extractu, Spiræ die 23. Iulij Anno 1630. editi, in quo, à moderno Imperatore & Imperio, prædicti Intrusi nomen omissum, ac Conuentus tantummodo positum, sub litt. Nn. videre est.

N. 24.
D. Archiepiscopus à Monachis feminata falsa dogmata damnauit ac damnat.

N. 25.
Archiepiscopo Moguntino eodem inpassu contradixit.

Sed potius, contra Summum Pontificem & Sedem Apostolicam, apud Catholicos, & in Archidiocesi Treuirensi, sparsa & seminata dogmata; quasi in causis à Rota Romana decisis, arma sumere liceat, tanquam falsa atque erronea, vigore Conciliorum Oecumenicorum, damnauit, & publicis hisce scriptis damnat; in simul etiam Archiepiscopo Moguntino, eam ob causam, contradixit & contradicit; quod contra Sedem Apostolicam, Summum Pontificem, & Sacrum Rotæ Romanæ Auditorium, pro Cæsareo Commissario, sese gesserit, atque statuere & publicare ausus sit, Cæsareæ Maiestati, (cuius tamen Antecessores & Imperium, omne ius, in & super Abbatiam S. Maximini, Archiepiscopis Treuirensibus ac Principibus Electoribus, vt supra clarissimè deductum est, concesserunt) sæpenominato Agritio Reckingen intruso, nullatenus Confirmato; sed binis Sacri Rotæ Romanæ Auditorij decisionibus reiecto, contra Pontificias, Cæsareas ac Imperij Sententias, res iudicatas, & confirmationes, Regalia conferre licuisse & licere: vti litteræ Ipsius, ad Illustrissimum ac Reuerendissimum Dñm Nuncium Apostolicum Aeschaffenburgi die 11. Decembris anno 1627. datæ, & hic sub lit. Oo. adductæ, declarant.

N. 26.
D. Archiepiscopus

Et quia, sæpenominati Monachi Maximiniani refractarij, ad noua arma, nouamq; illicitam, prohibitam, ac
Pon-

Pontificum & Imperatorum Sententiis condemnatam, protectionem Luxemburgensem recurrerunt, modernus Dñs Archiepiscopus Treuirensis ac Princeps Elector, per Assistentiam Christianissimæ Regiæ Maiestatis, eisdem, iusto bello defensiuo, licet non sine noua ruina Electoratus, magnisq; expensis, in Castro Grewdenburg/debellauit, eoq; ipso omnem prætentam iniustam ac violentam protectionem Luxemburgensium, contra Summi Pontificis & Sedis Apostolicæ atque Eminentia Suæ autoritates excitatam ac motam sustulit, vt ea propter, Monachis victis, meliores leges imponere, eosq; ad vltiorum inobedientia ac rebellionis ansam remouendam, intra instituti sui primi cancellos Reformare possit ac valeat; vt discant, Monachorum munus esse, orare, ac Episcopis, Pastoribusq; Suis obedire, non autem bella contra Principes Suos concitare.

Prædictis aliisque bene ponderatis, modernus Dñs Archiepiscopus Treuirensis ac Princeps Elector, à Iuribus Suis quæsitis nullatenus recedere potest: maximè, quia Summus Pontifex, pro conseruatione Iurium Sedis Apostolicæ Suæ que autoritatis, ac Præeminentia, hanc, non solum nunquam productam; sed etiam vimilitari extortam, ac ideo ipso Iure & per se nullam inuolidamq; Constitutionem Procuratorij ad resignandum, non acceptauit, nec Agritium Reckingen pro Abbate se falsò gerentem, hætenus Confirmauit. Ideoq; confidit Eminentia Sua, Sanctitatem Suam, & pro reparatione violatarum ac læsarum. Supremæ Pontificæ Maiestatis, & Electoralis Dignitatis, & vt alij, horum refractariorum Monachorum exemplo, à similibus defectio- nibus, rebellionibus, atque seditionibus deterreantur, recuperationem dictarum expensarum & damnorum illatorum nõ solum sponte concessuram; sed etiam con-

assistentia Regia Gallica Monachos deuicit, quo ipso protectione Luxemburgica sublata, & Eminentia sua Monachis victis leges præscribere potest.

N. 27.

D. Archiepiscopus confidit, Summum Pontificem Ipsum in manutentione Ecclesie non impediturum.

tra eosdem Monachos Sententiam iuxta Apostolica Indulta & Cæsarea Priuilegia latam, Authoritate Apostolica confirmaturam; nec Eminentiam Suam, si antiquissimis Apostolicis Indultis & Diplomatum, Cæsareis item Regalibus, Priuilegiis, Sententiis, rebus iudicatis ac Concessionibus, pro manutentione Iurium S. Ecclesiæ Treuirensis, vtatur, impedituram; cum primis, quia, hi Monachi refractarij per suam rebellionem, & ab Archiepiscopali ac Electorali Iurisdictione Ecclesiastica atque Sæculari defectionem, & Luxemburgensium prætensam falsam, violentam ac iniustam protectionem, hostilesque inuasionem, & Hispanici militis introductionem causerunt, vt Dominium Fell cum Castro & pagis, omnibusque appertinentiis, Rex Suecorum, Comiti Rheni, in Donationem iure belli concesserit, Comes etiam possessionem bello hoc durante arripuerit, omnesque redditus, proventus & emolumenta ad se trahere intendat, eaque propter Monasterium dismembratum sit; cum tamen, modernus Dñs Archiepiscopus & Princeps Elector, mediante Christianissimi Franciæ Regis Assistentia, modò Monachi, sub obedientia & subiectione Archiepiscoporum ac Electorum, Ordinariorum, ac Dominorum territorij, vt vi Canonum, Iurium, ac Iuramentorum tenebantur & tenentur, permansissent, dictum Dominium absque difficultate conseruare potuisset.

N 28.
Ob Monachorum rebellionem & falsam Protectionem Luxemburgensium Castrum Fell cum pertinentiis occupatur, ac ita Monasterium dismembratur.

C O N C L V S I O.

EX his, quæ hætenus, ex Iure & notorietate, foundationibus Archiepiscoporum, ac concessionibus Pontificiis, Cæsareis, Regumque Francorum, Imperij atque Supremi Eiusdem Tribunalis Spirensis, respectiuè, Indultis, Priuilegiis, Regalibus, Gratijs, Sententiis, & rebus

bus

bus iudicatis, nec non Eorundem Confirmationibus, Iuramentis item, Archiepiscopis ac Electoribus, ab Abbatibus S. Maximini, præstitis, aliisque documentis, liquidissime, præsertim ex computu, per Quæstoriam Electoralem, super expositis Commendæ, factu, deducta sunt, luce meridiana clarius apparet

I. Monachos Sancti Maximini, Collationi Pontificiæ Commendæ seditiosè contradixisse; Imperatoris cognitionem & iudicium, in causa hac merè Ecclesiastica, & beneficiali, contra Canones & Bullas Cœnæ Domini, sollicitasse; atque Sedi Apostolicæ, Summo Pontifici, Sacro Rotæ Romanæ Auditorio, ac moderno D. Archiepiscopo Treuirensi, ac Principi Electori, Ordinario Suo in Ecclesiasticis & Sæcularibus Magistratu, mediante annullata, inualida & caduca Luxemburgica Protectione, iniustè sese opposuisse; Dñm Archiepiscopum, violentis hisce oppositionibus, constitutioneque; procuratorij ad resignandum inualida, & iniustis armis extorta, & à Pontifice minimè acceptata, non attentis, titulum & possessionem prædictæ Commendæ, reseruasse; ac propterea Eminentissimum Principem, D. Philippum Christophorum &c. in posterum, pro vero & legitimo Commendatore, à Monachis agnoscere & haberi debere; Suxque Eminentix competere ius percipendi fructus & redditus Commendæ, in Bulla Pontificia deputatos, & à tempore apprehensæ possessionis seruatos; nec non ius repostendi pensiones, Romæ huius Commendæ intuitu solutas; ibidemque ac publicis Legationibus, in Aulis Cæsarea ac Bruxellessi, alibi que, factas expensas; vti & damna per inuasiones, extorsiones, aliasque hostilitates causata & illata; ac ideo Archidiocesi, prædictæ Abbatix prouentus, redditus & emolumenta affecta esse; ac tam diu manere de-

G

bere,

48. PONTIFICATVS IN ARCHIEPISCOPATV

bere, donec, de omnibus expensis, pensionibus, & debitis, à dicta Quæstoria, ad viginti octo mille octingentos quatuordecim Coronatos, taxatis; nec non de fructibus Commendæ; illatisq; damnis, suo tempore taxandis plenariè satisfactum sit.

II. Altedicto Dño Archiepiscopo & Principi Electori, more & exemplo Antecessorum Suorum, Iurisdictionem Ecclesiasticam & Sæcularem omnimodam, in & super Monasterium S. Maximini, Eiusq; Subditos, Cæsarum & Pontificum concessionibus, (Abbatum, Priorum, & Conuentus sæpenominati Monasterij, per falsas informationes, dolos, fraudes, mendacia, machinationes, ac sub- & obreptitiè ex practicatis Priuilegiis, ac Diplomatis, vti talibus, ac ideo pro nullis, declaratis, iudicatis ac confirmatis non obstantibus) partam, & Sententiis Summorum Imperij, iudiciorum confirmatam, contra quoscunque turbatores, mediis tam Iuris quam facti quibuscunque, etiam bello defensiuo, urgente id necessitate, tueri & conseruare, Monachosq; ad solutionem Contributionum intuitu iuris Superioritatis, Electoribus Treuirensibus, competētis debitaram; ab anno 1609. vsque huc cessarum, & iuxta distributionem & quotationem prætax Quæstoriæ, Summam viginti mille octingentorum & triginta nouem Coronatorum excedentium, vt & futurarum, via executiua cogere, licuisse, & etiamnum licere.

III. Protectionem Luxemburgicam, à refractariis Monachis, perperam & seditiosè imploratam, iam dudum Summorum Pontificum Indultis & Confirmationibus, Imperatorum Sententiis & Priuilegiis, Aurea Bulla, fundamentalibus Imperij legibus & sanctionibus, cassatam & abolitam esse; quin imò, iustissimis armis defensiuis, ab Electoribus Treuirensibus, Eorumq;
Assi-

Assistentibus, sæpius explosam esse, & in perpetuum manere debere: Agritium verò Reckingen, pro Abbate falsò se gerentem, Priorem ac Conuentum, sæpefati Monasterij, serìò, & sub consuetis medijs Canonicis, admonendos, vt, à notorijs, scandalosis factis periuriorum, proditionis Ecclesiæ & Patriæ Treuirensis, læsarum Summæ Pontificiæ Maiestatis, ac Electoralis Dignitatis, vsurpatæ Iurisdictionis, seditionis, excitati belli intestini, fractæ Pacis publicæ, falsorum, damnatorum dogmatum, alijsq; criminibus enormissimis, flagrantibus, ac in facto permanentibus, (quapropter statim, ab executione, absque citatione, monitorio, & Sententia, contra ipsos, procedi potuisset) in totum abstineant, ac respectiuè reuocent, atque, adiuratas debitas subiectionem, obedientiam, ac reuerentiam moderni D. Archiepiscopi ac Principis Electoris, Ordinarij ac Commendatoris Sui, & Successorum Eius, postliminiò redeant: aut hoc nã faciant, contra Eosdem, vniuersos & singulos, ratione allegatorum notiorum criminum, iuxta communia Canonica ac Cæsarea Iura, Constitutiones Pontificias ac Imperiales, nec non specialia, à Pontificibus & Imperatoribus, Archiepiscopis & Electoribus Treuirensibus concessa Priuilegia, via iuris & executionis, vltèrius procedatur.

COMMISSIO MODERNI DOMINI Archiepiscopi Treuirensis ac Principis Electoris, Consiliarijs, vi Priuilegiorum data.

Quamuis igitur, iuxta præmissa, modernus Dñs Archiepiscopus ac Princeps Elector Treuirensis, ob mota, à Monachis arma, fractamque Pacem Publicam,

G 2

contra

contra Eoſdem, ab initio, vigore Iurium & Conſtitutionum Imperialium fundamentalium, ab Executione, abſque citatione, monitorio, ac Sententia, procedere potuiſſet; nihilominus tamen, Sua Eminentia, vt Sua ad pacem & tranquillitatem, vt & cultus Diuini atque diſciplinæ Eccleſiaſticæ, inclinatio & propenſio, toti mundo, appareret, iam dictos Monachos, de dato Treuiris die 5. Nouembris, currentis 1633. Anni, per Monitorium citari curauit, quatenus à die inſinuationis, coram Eminentia Sua Eccleſiaſticis ac Sæcularibus Commiſſariis comparerent, ac eidem Monitorio (quod habetur ſub litt. Pp.) inſertis categoricè reſponderent; Qui Monachi cum contumaciter emanſerint, ac cuiusmodi monitorium ſpreuerint; Idcirco Eminentia Sua altememorata, iuſtiſſimis ex cauſis, cum primis, vi Iuramenti Archidiœceſi præſtitimota, Eccleſiaſticis Suis ac Sæcularibus, Nobilibus, ac Iuriſperitis Conſiliariis, Conſiſtorio item, ac Parlamento Eccleſiaſtico ac Sæculari, (vi Priuilegiorum ſpecialiter conceſſorum, quorum Copiæ habentur lit. Qq.) originales literas, Quæſtorie Generalis rationum libros, exhibita documenta, confeſſiones, clariffimas Pontificias, Rotæ Romanæ, Cæſareas, & Imperij, Sententias, ac res iudicatas, aliaque, ad plenariam informationem pertinentia, tradi mandauit; ac inſimul vt quod Iura communia ſcripta, Aurea Bulla Caroli IV. Imperatoris, Pacis Publicæ, Criminalis Caroli V. aliaq; Conſtitutiones Imperij fundamentales, imò Iura naturalia, æquitas & humana ratio, in cuiusmodi & ſimilibus caſibus ſtatuunt, & ordinant abſque omni perſonarum reſpectu, Iuramenta ſolum, quibus Deo & Iuſtitia adſtricti ſunt conſiderantes, decernerent ac pronuntiarent, ſpecialiter Commiſit; Qui, præuiſis maturis deliberatione ac conſultatione, ponderatio.

ratio.

ratione item prænominatarum originalium literarum, Quæstoriarum Generalis librorum rationum, exhibitorum Documentorum, Confessionum, clarissimarum Pontificiarum, Rotæ Romanæ, Cæsarearum ac Imperij Sententiarum ac rerum iudicatarum, aliorumque ad plenariam informationem pertinentium, repererunt, prædicta narrata ob iam recensita, cum primis, ob notorietatem & euidentiã sufficientissimè remonstrata ac probata, ac per se, in Archiepiscopatu Treuirensi & Romano Imperio, manifesta & notoria esse. Eapropter, ex causis iustissimè mouentibus, atque ob iam dictas notorietatem & euidentiã, à supra memoratis Eminentiarum Suarum Deputatis Ecclesiasticis & Sæcularibus, Nobilibus ac Iurisperitis, Consiliariis & Commissariis, Consistorio item, ac Parlamento, Ecclesiasticis & Sæcularibus, Ius ac Iustitiã administrantibus, vigore supra allegatorum Archiepiscopaliũ ac Electoralium Priuilegiorum, decretum ac pronunciatum est, tenore sequenti.

SENTENTIA.

IN causa, per Imperium Romanum & Electoratum Treuirensẽ notoria, à Priore & Conuentu S. Maximini, contra Eminentissimum & Reuerendissimum Eorum Archiepiscopum, Principem Electorem, Dñm Ordinarium & Commendatorem, nec non, in territoria & Subditos Treuirenses, excitati belli, exercitarum rebellionis, seditionis, Pacis Publicæ fractionis, causati damni, extantium liquidorum, Imperialium, Vnionis, Prouincialium, Cameralium, aliarumque Contributionum; visis & maturè consideratis Originalibus literis, Quæstoriarum Generalis rationum libris, exhibitis Documentis, Confessionibus, claris Pontificiis, Rotæ Romæ

næ, Cæsareis & Imperij Sententiis, ac rebus iudicatis, maximè verò, ob notorietatem & euidentiã, enormissimorum factorum (ob quæ, ab initio, absque citatione, Monitorio, & Sententia, ab executione, inchoari potuisset) Electoris Treuirensis, ad hanc causam, vigore Archiepiscopatus clarorum Priuilegiorum, in eiusmodi casibus, deputati, Ecclesiastici & Sæculares, Nobiles ac Iurisperiti, Consiliarij & Commissarij, Consistorium item & Parlamentum Ecclesiasticũ ac Sæculare, Ius & Iustitiam administrantes, remissis, quantum ad hunc actum opus, eorundem Iuramentis, dicunt, decernunt, & pronunciant: Agritiũ Reckingen, pro Abbate Monasterij S. Maximini hæctenus se falsò gessisse; Eũdem Priorem & Conuentum, circa implorationem Protectionis Luxemburgicæ, excitatũ bellum publicũ, & causatas cædes, rapinas & incendia, aliasq; in Archiepiscopatu, ob Commendam, nec non ob Imperiales, Prouinciales, Camerales, aliasque Contributiones, exercitas hostilitates; contra claram ordinationem Iurium Gentium, Imperij, fundamentales Constitutiones, Pacem Publicam generaliter sancitam, & contra Eorundem ab Antecessoribus Abbatibus, Archiepiscopis præstita Iuramenta, similiter & contra Pontificias, Rotæ Romanæ, Cæsareas Sententias, & res iudicatas, ac contra Ipsammet Sanctitatem, pexperam & nimis iniustè, fecisse; quo ipso, publicas rebellionem, seditionem, & Pacis publicæ rupturam, exercuisse; ac proinde, in puncto Commendæ, Altementionatum Dñm Archiepiscopũ, (cum non nisi, nudum Procuratorium ad resignandum, ab Ipso, armis iniustis, extorqueri potuerit, ideoque non productum, non acceptatum, minus in effectum deductum sit) in Iure, titulo & possessione Commendæ, permanisse; Eminentiam Suam, pro vero & legitimo Commendatore, à Mo-

Mo-

Monachis agnosci & haberi debere; Eidem competere, ius percipiendi fructus & redditus Commendæ, in Bulla Pontificia deputatos, &, à tempore adeptæ possessionis cessos, nec non ius reposcendi pensiones, Romæ, intuitu præactæ Commendæ solutas, ibidemque ac publicis Legationibus, in Aulis Cæsarea ac Bruxellensi, ac alibi, factas expensas, uti & propter damna, per arresta, inuasiones, deuastationes, extorsiones, aliasque hostilitates, causata & illata, portionem illam, moderno Archiepiscopo, à Pontifice, in Bullis, designatam, Archiepiscopatui Treuirensi, tam diu affectam manere debere, donec de prædictis expensis, pensionibus & debitis, per Quæstoriam Electoralem, ad viginti octo mille octingentos, & quatuordecim Coronatos, liquidatis & taxatis, nec non de fructibus Commendæ, illatisque; damnis, suo tempore, per prædictos Commissarios, amicabiliter, aut iudicialiter componendos, plenariè satisfactum sit.

In puncto verò omnimodæ Iurisdictionis, Ecclesiasticæ & temporalis, dicunt, decerunt, & pronunciant prædicti Consiliarij & Commissarij, Consistorium item ac Parlamentum Ecclesiasticum ac Sæculare, Altememorato D. Archiepiscopo & Electori, præactam omnimodam Iurisdictionem, Ecclesiasticam & Sæcularem in & super Monasterium S. Maximini, Eiusque; Subditos, Cæsareis & Pontificiis Concessionibus, acquisitam, Sententiis, rebusque; iudicatis Summorum Imperij Iudiciorum (prætensis priuilegiis, ab Abbatibus, seu Priore & Conuentu, sub- & obreptitiè, ex præactis & allegatis, annullatis, ac pro talibus iudicatis) confirmatam, contra quoscuque Turbatores, mediis quibuscunque, tam Iuris, quam facti, tueri & conseruare; Monachosque; ad solutionem Contributionum, ex iure Superioritatis deuitarum, ab Anno 1609, cessarum, & iuxta di-

tributionem præactæ Quæstorix, Summam viginti mille octingentorum & triginta nouem Coronatorum, excedentium, nec non ad solutionem futurarum Contributionum, via executiua, adigere, Eminentix Sux licuisse, & etiam num licere.

Profectionem Luxemburgicam, ab Abbatibus seu Priore & Conuentu, perperam & seditiosè, imploratam, vel implorandam, iam dudum, Sententiis Imperatorum, Summorum Pontificum Confirmationibus, Aurea Bulla, fundamentalibus Imperij Legibus, cassatam, abolitam ac explosam esse, & in perpetuum manere debere. Priorem denique & Conuentum, à notoriis, & in actis assertis, scandalosis factis periuriorum, proditionis Ecclesix & Patriæ Treuirensis; Læsarum Summæ Pontificiæ Maiestatis, & Electoralis Dignitatis, vsurpatæ Iurisdictionis, seditionis, excitati belli intestini, fractæ Pacis publicæ, falsorum, damnatorum Dogmatum, aliisque criminibus enormissimis, flagrantibus, ac in facto permanentibus, in totum, abstinere ac respectiue reuocare, atque ad iuratam debitam subiectionem, obedientiam, & reuerentiam, moderni Dñi Archiepiscopi ac Principis Electoris, Ordinarij ac Commendatoris Sui, vti & Successorum, redire; aut hoc n̄ faciant, contra Eosdem, ratione allegatorum criminum notiorum, iuxta communia Canonica & Cæsarea Iura, Constitutiones Pontificias & Imperiales, nec non specialia, à Summis Pontificibus & Imperatoribus, Archiepiscopis & Electoribus Treuirensibus, concessa Priuilegia, via Iuris & executiua, vltius procedi posse, ac debere. Lata in Consilio, sub Eminentix Sux Cancellariæ Secreto. Treuiris in Palatio S. Petri die 19. mensis Decembris. Anno 1633.

Locus sigilli.

Ex mandato &c.
Ioannes Finger
Secret: &c.

SEQVNTVR DOCUMENTA,

superius allegata.

Littera A.

DIPLOMA DAGOBERTI RE-
gis Francorum de anno DCXXXIII.

Dagobertus Rex Francorum, Viris Illustribus, Ducibus, Comitibus, Domesticis, & omnibus agentibus, tam ultra quam citra Rheum vel ultra Ligerim, tam absentibus, quam presentibus. Illud, ad augmentum vel stabilitatem Regni nostri, sine dubio, in Dei nomine, credimus permanere; si Sacerdotum vel Ecclesiarum Dei rectis petitionibus annuentes, id, quod nostris auribus patefecerint, perducimus ad effectum: Ideoque vir Apostolicus, Pater noster, Dñs Modoaldus, Archiepiscopus Ecclesie Treuericæ, Præceptum afferens ad Nos, præceptionibus Prædecessorum, Anteriorum Regum, parentum nostrorum, Sigeberti, Theodeberti, Theoderici, imoq; bonæ recordationis Hlotharij gloriosi Regis, Genitoris nostri, manibus roboratum; in quo erat insertum, quod non solum idem Genitor noster, verum etiam præfati Prædecessores eius, Reges videlicet Francorum, omnes res quasq; boni & Sancti viri, pro diuinæ contemplationis intuitu, ad partem S. Petri Treuirensis Ecclesie delegauerunt, suorum præceptorum autoritate confirmarunt, quatenus eorum Regnum, superno auxilio tueretur, & postmodum ipsi in ætherio Regno, cum Christo sine carente, gaudere possent; itaque pro rei firmitate idem præfatus Præsul Modoaldus deprecatus fuit Sublimitatem nostram, vt paternum ac prædecessorum morem sequentes, huius-

N. 1.
Dagobertus Rex Francorū, ad instantiam S. Modoaldi Archiepiscopi Treuirensis, confirmat præceptiones Antecessorum suorum.

N. 2.
Causa confirmationis impulsua.

H

mo-

N. 3.
Assensus
Dagoberti
Regis.

N. 4.
Præceptum
Regium.

N. 5.
Nomina
locorum.

N. 6.
Dagober-
tus, omne
ius & pro-
prietatem
prædictori-
locorum
Ecclesie
Treuirensi
perpetuali-
ter manci-
pauit.

N. 7.
Imprium
& iurisdic-
tio penes
Episcopos.

modi nostræ authoritatis Præceptum, ob amorem
Dei & reuerentiam S. Petri, de eisdem rebus iuberemus
fieri: cuius petitioni libenter assensum præbuimus, &
hoc nostræ authoritatis Præceptum, erga ipsam Eccle-
siam, p̄ diuini cultus amore, & animæ nostræ remedio,
fieri decreuimus; per quod præcipimus atque iubemus,
vt omnes res vel facultates ad Ecclesiam S.
Petri Treuericæ Urbis pertinentes, scilicet
Cellam S. Hilarij, quæ nunc appellatur S.
Maximini, quæ est in prædio Sancti Petri
constructa, & Cellam S. Paulini & S. Eucharij &
Monasterium S. Mariæ, quod idem præfatus Pontifex
Modoaldus, in territorio S. Petri, nuper à fundamento,
construxit, & vocatur Horrea, Basilicamq; S. Martini,
sitam in pago Maigninensi; & cæteras Basilicas, castella,
vicos, villas, vineas, siluas, homines, vel quicquid lar-
gente diuina clementia, deinceps ad eandem augmen-
tandam Ecclesiam tribuetur, circa Rhenum & Lige-
rim fluuium, in Regno nostro consistentia, omnia
sub iure & potestate S. Petri Treuirensis
Ecclesie, eiusque Pontificis perpetualiter
mancipata permaneant. Præterea pari modo et-
iam statuimus, vt nullus ex publicis Iudicibus, vel ali-
quis ex iudiciaria potestate in Monasteria, Ecclesias, ca-
stella, vicos, vel agros, loca, seu reliquas possessiones
prædictæ Ecclesie, tam vltra, quam citra Rhenum vel
Ligerim fluuium, in pagis vel territoriis, quæ infra pote-
statem Regni nostri, memorata possidet Ecclesia; vel
quæ deinceps in Iure ipsius Sancti loci voluerit diuina
potestas augeri, ad causas audiendas, vel freda aut tri-
buta,

buta, aut coniectos aliquos exigendos, aut mansiones
 vel paratas faciendas, aut fideiuliores tollendos, aut ho-
 mines ipsius Ecclesie distringendos, vel iniustas exa-
 ctiones inquirendas, vel teloneum exigendum, nostris
 & futuris temporibus aggredi audeant; vel ea quæ supra
 memorata sunt, nequaquam penitus exigere præsu-
 mant. Sed liceat memorato Præsuli, suisque Successori-
 bus, omnia præfata Monasteria, villas, vicos, & castella,
 cum suis adiacentibus, integrè, perpetuo tempore, pro
 remedio animæ nostræ, seu parentum nostrorum, sicut
 in præcepto piissimi Genitoris nostri continetur, quieto
 ordine possidere, & nostro fideliter parere imperio. Sed
 ut hoc nostræ authoritatis Præceptum pleniorè, in Dei
 nomine, obtineat vigorem, & à fidelibus Sanctæ Dei
 Ecclesie, nostris videlicet, præsentibus, & futuris tem-
 poribus, verius credatur, & diligentius à Successoribus
 nostris conseruetur, manu id propria, cum Luidis no-
 stris subterfirmavimus, & annuli nostri impressione si-
 gnare iussimus. Datæ Anno Incarnationis Dominicæ
 DCXXXIII. Regni XII. Dagobertus Rex Franco-
 rum. (L.S.) Cunibertus gratia Dei Coloniensis Archie-
 piscopus. Abbo Metensis Episcopus. Principius Spiren-
 sis Episcopus. Pipinus Maiordomus.

N. 8.
 Amplitu-
 do posses-
 sionum.

N. 9.
 Subscriptio
 Dagoberti
 & Luidis-
 rum siue
 clientum
 suorum.

Littera B.

DIPLOMA SIGEBERTI REGIS
 Francorum de anno DCLIII.

IN nomine Domini Amen. Sigebertus, diuina fauente
 gratia, Francorum Rex. Quoniam adoptionem filio-
 rum Dei præstolamur, ad quam per pacem attingitur;
 teneamus pacem inuicem & in omnes; beati enim paci-
 fici, piseopi

N. 10.
 Rex Sig-
 bertus ad
 instantiam
 S. Modoa-
 di Archie-
 piseopi

H 2

Treurenſis
confirmat
præceptum
Dagoberti
Regis.

fici, quoniam filij Dei vocabuntur; vbi enim altercationis inuicem dispendium incurrit, ibi pacis refidet diffidium, quæ Eccleſiarum gratioſam fouet & incrementat quietem. Igitur nouerit omnium fidelium noſtrorū, præſentium & futurorum notitia, qualiter de Cellis beatorum Hilarij, quæ modò Cella S. Maximini dicitur, ac B. Eucharij in prædio S. Petri Treuericæ vrbis ædificata, quas Dominus Genitor noſter Dagobertus Chriſtianiffimus Rex, Prædeceſſorum ſuorum mores ſequens, ad Eccleſiam S. Petri Treuericæ vrbis, Regiæ poteſtatis iure, traderat, ac perpetua ſtabilitate firmauerat; Modoaldus, eiufdem Eccleſiæ Venerabilis Archiepiſcopus, in generali Palatio noſtro, querelofis ſe precibus proclamauit, plangens eas, ab malis graſſatoribus, quorum Dux quidam nomine. Hattus eſt, contra libitum ſuum ſuorumquæ fidelium uſurparas, ac de ſupradicta Eccleſia uolenter abſtractas; At nos per omnia, omnem præfati Hatti ac ſuorum per ordinem recolentes fallaciam, iam calliditatibus detectis, querimoniam illius ueram eſſe agnouimus; Atque poſt hæc: Ut autem præſens noſtræ reformationis ſcriptum inuiolabile per ſuccedentia tempora, in Dei nomine, obtineat ſtabilitatem, propria manu cum Duce Martino, ac Cuniberto Archiepiſcopo Coloniienſi ac Remaclo Epifcopo Traiectenſi, ſubter eam, firmauimus, & ſigilli noſtri impreſſione inſigniri iuſſimus. Data Aquisgrani, Idibus Maij anno Dñicæ Incarnationis. DCLIII. Sigebertus
Fran-

N. 11.
Idem Rex
contra
graſſatores
Eccleſiæ
Treurenſis
aſſiſtit.

N. 12.
Præceptum
Regum &
ſubſcriptio
Iplius ac
Præcerum.

Francorum Rex. L. S. Cunibertus Archiepiscopus Coloniensis, Remaclus Episcopus Traiectensis.

Littera C.

SENTENTIA CONRADI II.
Romanorum Regis de anno MCXXXIX.

IN nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis. Conradus, diuina fauente elementia, Romanorum Rex, semper Augustus. Alberoni Reuerendissimo Treuirensium Archiepiscopo, Apostolicæ Sedis Legato, eiusque Successoribus in perpetuum. Si fidelium nostrorum iustis petitionibus aurem Serenitatis nostræ accommodamus, opemque ipsis, ex supernæ largitatis beneficio, præbere studuerimus, ad perennis vitæ salutem feliciter obtinendam, & Regni nostri pacem stabiliter ordinandam, hoc nobis profuturum esse liquidò credimus: Quocirca, omnium fidelium nostrorum, tam futurorum, quam præsentium, solertiæ notum esse volumus: Quod à longis retrò temporibus, Treuericæ Sedis Archiepiscopi non cessauerunt, Prædecessoribus nostris Regibus & Imperatoribus, proclamationem facere de Abbatia S. Maximini, quæ In fundo B. Petri constructa est, & ad Episcopium iure proprietatis pertinens iniustè inde ablata est; Sed nostra memoria multò frequentius ac vehementius eandem querimoniam ventilauerunt. Apud diuæ recordationis Henricum Auunculum nostrum, Romanorum Imperatorem Quartum, Venerabilis Archiepiscopus Bruno; apud Prædecessorem nostrum Lotharium Imperatorem Tertium, Vir magnæ Reuerentiæ, nobisq; summè

N. 13.
A Regibus & Imperatoribus Romanorum semper petierunt Abbatiam S. Maximini.

N. 14.
Vtpote in fundo S. Petri constructa & iniustè ablatam.

N. 15.
Nominatim Archiepiscopi Bruno.

H 3

fide-

N. 16.
Et Albero
apud Lo-
tharium,
vsque in A-
puliã.

N. 17.
Morte Lo-
tharij sen-
tentia im-
peditur.

N. 18.
Albero
possessio-
nem &
priuilegia
coram
Conrado
repetit.

N. 19.
Præceptum
Dagoberti.

N. 20.
Monasteri-
um S. Ma-

fidelis Albero Archiepiscopus, Apostolicæ Sedis Lega-
tus. Ad postremum, cum priuilegia sua prædictus Archi-
episcopus Albero, prænominato Imperatori Lothario,
quæ de superscriptæ Abbatia S. Maximini possessione
habebat, crebrius obtulisset, & eidem Imperatori, pro
hoc maximè consequendo beneficio, in expeditione A-
puliæ, cum magno & periculo & sumptu fideliter deser-
uisset; tempus agenda sibi Iustitiæ, interuen-
tu Principum, obtinuit; sed Imperatoris morte præ-
uentus, causam iam quidem cœptam, sed minimè con-
summata relinquit: Nobis autem, per Dei misericor-
dem prouidentiam, ad Regni gubernationem sublima-
tis, fidemque ipsius Archiepiscopi, studium & labores,
circa nostram & Regni fidelitatem, multis Argumentis
persentientibus: Idem Archiepiscopus rediuitam pro-
clamationem, magnis & assiduis allegationibus, in ocu-
lis Principum, præsentauit; proferens vtique anti-
qua priuilegia, possessionem Abbatia S.
Maximini, suo Episcopo, Iure cõfirmantia.
Vnum siquidem Dagoberti Regis Francorum, Datum
B. Modoaldo, Treuitensis ciuitatis, S. Archiepiscopo,
in quo per Annuli sui notam impressionem confirmat,
eidem Beato Pontifici eiusque Successori-
bus, in perpetuum, super eadem possessio-
ne, præcepta Prædecessorum suorum, videli-
cet Regum Francorum Sigeberti, Theodeberti, Theo-
derici & sui gloriosi Genitoris, Regis Clotharij, vbi ex-
presse & sine vlla ambiguitatis nebula continetur,
quod Cella S. Hilarij, quæ nunc appellatur
S. Ma-

S. Maximini, quæ est in prædio S. Petri con-
 structa, ad Treuericum Episcopium perti-
 neat. Aliud nihilominus præceptum Caroli, Regis
 Francorum, nota imagine signatum, recitabat concessum
 Weomado, Treuirensis Ecclesiæ Archiepiscopo, in quo
 Genitoris sui Illustris Regis Pipini & aliorum Regum
 Francorum præcepta innouat & confirmat; quod,
 vt eisdem vtamur verbis, Cella S. Maximini, quæ
 est in territorio S. Petri, Apostolorum Principis,
 constructa, ad Ecclesiam S. Petri Treuericæ
 vr̄bis pertineat. His igitur & similibus fir-
 mamentis suffultus, honorem Regis, qui iudicium dili-
 git, & æquitatem Principum instanter implorabat, vt
 sæpenominatam Abbatiam Sancti Maximini, quæ sim-
 pliciori & antiquo vocabulo, Cella Sancti Hilarij vel
 Sancti Maximini, dicebatur, suis Prædecessoribus
 iniuste ablatam, Sibi suisq; Successoribus, Iure Iudiciali,
 restitueremus, & Prædecessorum nostrorum sequentes
 morem, nostri præcepti paginam factam confirman-
 tes, ad posterorum notitiam transmittere dignaremur.
 Nos itaque in hoc ipsum, tum manifesta
 Iustitiæ attestatone, tum etiam precibus &
 petitione Venerabilis Patris nostri, Papæ
 Innocentij Secundi, & præterea ipsius dile-
 ctissimi ac fidelissimi nostri Archiepiscopi
 Alberonis obsequio & multimoda deuotione,
 rationabiliter inclinati, ex Iudicio

Maximini in
 prædio S.
 Petri con-
 structum.
 N. 21.

Præceptum
 Caroli, Re-
 gis Franco-
 rum.

N. 22.
 Cella S.
 Maximini
 in territorio
 S. Petri
 constructa.

N. 23.
 Tenor sen-
 tentiæ Cō-
 radi II. Re-
 gis Roman.

Curia nostra, reddidimus, eidem Venerabili Archiepiscopo Treuironum Alberoni, Apostolicæ Sedis Legato, secundum tenorem antiquorum privilegiorum, sæpe memoratam in suburbio Treuirenfi S. Maximi Abbatiam, omni Iure proprietatis habendam, possidendam, ordinandam ea integritate vel usu; quo Nos vel Antecessores nostri, eandem Abbatiam, hæctenus habere videbamur; transfundentes per ipsum suis in perpetuum Successoribus, Canonice ordinatis, & nostri Regni fidelitate manentibus. Et ut hoc per succedentia tempora ratum inconvulsamque permaneat; Hac præcepti nostri pagina, totam rei seriem comprehensam Sigillo nostro insigniri fecimus, testesque de Principibus, qui affuerunt, subter notari iussimus. Testes sunt: Boccho Wormatiensis Episcopus. Stephanus Metensis Episcopus. Embrico Witteburgenfis Episcopus. Warnerus Monasteriensis Episcopus. Guibaldus Stabulensis Abbas. Fridericus Germanus noster Dux Sueviæ. Conradus Dux de Ceringe. o. De Clericis Treuirenfis Ecclesiæ: Folmarus Decanus maioris Ecclesiæ, Arnulphus Archidiaconus. Conradus, Cadolius, Henricus Canonicus. De ministris eiusdem Ecclesiæ, Erfomulti. Astum Arthninus & alij gentinæ Anno Dominicæ Incarnationis M. C. XXXIV. Indictione secunda,

N. 24.
Subscriptio
Conradi
II. Regis &
Procerum
Imperij
præsentium.



Locus signi
Regij.

Orthninus & alij
gentinæ Anno

CONFIR. SENT. FRIDERICI I. IMPER. 63
sunda. Regnante Domino Conrado Romanorum Re-
ge Secundo Anno Regiminis ipsius II. feliciter Amen.
Signum Domini Conradi Secundi Regis Inuictissimi,
Ego Arnoldus Cancellarius, ad vicem Adelberti Ar-
chicancellarij Moguntini Archiepiscopi recognoui.

Littera D.

CONFIRMATIO SENTENTIAE

Conradi II. à Friderico I. Imperatore
Barbarossa anno MCLVII facta.

IN nomine Sanctę & Indiuiduę Trinitatis. Fridericus,
diuina fauente clementia, Romanorum Imperator, &
semper Augustus, Charissimo Hillino, Reuerendo Tre-
uironum Archiepiscopo, Apostolicę Sedis Legato, eius-
que Successoribus in perpetuum. Imperialis Dignitas
Maiestatis, in cuius sumus culmine, disponente Domi-
no, constituti, Nos monet atque compellit; ita Regni Iu-
ra manutenere atque defendere, quod ea, quę Ecclesia-
rum Dei, per quem mouemur & regimur, esse noscun-
tur, nullatenus imminuamus; imò sic integra & illibata
seruemus, quod in examinis extremi iudicio, vbi omni-
um eorum, quę gessimus, Nos rationem reddere oport-
tebit; pro alicuius detetione Iustitię, Rei debeamus mi-
nimè reperiri. Hac siquidem consideratione omnium
fidelium Christianorum, tam præsentium, quam futu-
rorum, memorię; volumus esse commendatum; quod,
videlicet, à longis retrò temporibus, Sanctę Treuiren-
sis Ecclesię Archiepiscopi, sicut audiuimus, & veraciter
scimus, Prædecessoribus nostris, Regibus, & Imperato-
ribus, de Abbatia S. Maximini proclamationem facere
minimè cessauerunt; quę in fundo B. Petri con-
structa

N. 25.
Imperator
Fridericus
I. assensit,
Archiepi-
scopos Tre-
uirenses
conquestos
fuisse, Ab-
batiam S.
Maximini

fuisse iniuste ab Imp. ablata.

N. 26.
Archiepiscopus Bruno instat apud Henricum Imp. & Præiilegia antiqua reprodicit.

N. 27.
Dagoberti Regis Francorum.

N. 28.
Caroli Regis Francorum.

N. 29.
Abbatia S. Maximini in prædio S. Petri constructa.

structa, & ad Episcopium iure proprietatis pertinens, iniuste iam dictæ Treuirensi Ecclesiæ, & per violentiam erat ablata. Quæ nimirum querimonia, modernis fuit temporibus, vehementius & frequentius agitata; à Venerabili Archiepiscopo Brunone, apud cognatum nostrum, Henricum Quartum Imperatorem; ab Alberone, magnæ recordationis Viro, Apostolicæ Sedis Legato, apud Lotharium Imperatorem Tertium, & apud Patrum nostrum, felicitis recordationis, Conradum Romanorum Regem Secundum, cui nimirum, idem Venerabilis Archiepiscopus Albero, antiqua præiilegia, possessionem Abbatia S. Maximini, suo Episcopo, iure confirmantia, præsentavit; vnum scilicet Dagoberti Regis Francorum, Datum B. Modoaldo, Treuirensi S. Archiepiscopo, in quo, per Annuli sui notam impressionem confirmat, eidem B. Pontifici, eiusque Successoribus, in perpetuum, super eadem Abbatia, & ipsius possessione, præcepto suorum Prædecessorum, Regum Francorum, videlicet Sigeberti, Theodeberti, Theoderici, & sui Genitoris, Regis Clotharij: Aliud nihilominus, præceptum Caroli Regis Francorum, concessum Weomado, Treuirensi Archiepiscopo, in quo Genitoris sui, Illustris Regis Pipini, & aliorum Regum Francorum, præcepta innouat, & confirmat; in quibus expressè, & sine vlla ambiguitatis nebula continetur; quod Cella S. Hilarij, quæ nunc appellatur Abbatia S. Maximini, quæ est in prædio S. Petri constructa, ad Episcopium Treuericum pertineat. Ipse autem, bonæ memoriæ, Patrius noster, tam manifestæ Iustitiæ, & tot Regum rationa-

tionabilibus præceptis, se nolens opponere: Sæpe nominatam Abbatiam, cum ipsius Aduocatum, in manu sua, haberet, eidem Venerabili Alberoni Treuirensi Archiepiscopo, ex iudicio Curia, reddidit, & recognouit, omni iure proprietatis habendam, possidendam, ordinandam, ea integritate, & vsu, quo ipse & alij Prædecessores sui, eandem Abbatiam visi sunt, vsque ad sua tempora, habuisse; Postmodum verò, successu temporis, ipsius Abbatia Aduocatum, Henricus Namurcensis Comes, ab eodem Patruo nostro quaesuit, & obtinuit: qui Aduocatum non contentus, longo tempore, cum Archiepiscopo, de Abbatia certauit. Vnde fuerunt, ad Curiam, Spiram, vterque vocari, & ex consilio Principum, & Religiosorum Virorum, qui ibi aderant, & maxime, Venerabilis viri, Bernhadi Clareuallensis Abbatis, presentem etiam Patre nostro, foelicis recordationis, Duce Friderico, & attestante: Priuilegium resignationis eiusdem Abbatie, & compositionis inter se, eodem Henrico Namurcensi Comite Aduocato cõsentiente, venerabilis Treuirensis Archiepiscopus Albero ab ipso patruo nostro recepit; Nos autem tot Regum, & Imperatorum, Prædecessorum nostrorum, & eiusdem patru nostri, præcepta considerantes, & eã firmitate impostorum habere volentes, tum pro salute animæ nostræ, & illorum,

N. 30.
Confirmatio
Friderici I. cum
consensu
Curia.

N. 31.
Comes
Namurcensis
Aduocatum S.
Maximini,
iniuste ac-
quisitam &
vsurpataam
resignauit.

N. 32.
Præceptum
& altera
Confirmatio
Friderici I. super
Abbatia S.

Maximini
cum Aduo-
catia.

lorum, qui hoc idem, iam nominatæ Treuireñ: Ecclesiæ, reddiderunt, & suis priuilegiis confirmauerunt; tum precibus Charissimi Patris nostri, Adriani Papæ IV. quas Nobis, in consecratione nostra, porrexit, tum etiam pro magno & honesto seruitio, quod Nobis, & toti Regno, Dilectissime Hilline, Venerabilis Treuirorum Archiepiscopo, Apostolicæ Sedis Legate, in expeditione laudabiliter, & fideliter contulisti; eandem Abbatiam, omni iure proprietatis, habendam, ordinandam, & eâ integritate, & vsu, possidendam, quo Prædecessores nostri visi sunt habuisse, & suis tuæ Ecclesiæ præceptis confirmauerunt, tibi & libero & Capitali Aduocato tuo Conrado, & per te, tuis Successoribus, per Aduocatum nostrum Simonem Comitem de Sareburg, quem ad hoc faciendum elegimus & confirmamus, & omni corroborationis munimine roboramus, & super Altare B. Petri ponimus, cōcedente, confirmante, & collaudante, sine aliqua contradictione, Henrico Namurcensi Comite, libero Aduocato eiusdem Abbatia, quæ constat ad Treuiren: Ecclesiam rationabiliter pertinere, & tuæ Ecclesiæ iuris esse in perpetuum recognoscimus: omnem de eâ calumniam, omnem querimoniam futuris temporibus rescindentes. Huius nostræ confirmationis præcepto, eodem modo & ordine, confirmamus, Tibi, & tuis Successoribus in perpetuū, Castrum quod Trys dicitur, cum omni banno, & districtu, & om-

N. 33.
Consensus
Comitis
Namur-
censis, quo
ad resigna-
tionem
Abbatiæ S.
Maximini,
volunta-
rius.

N. 34.
Præceptum
Cæsareum
quoad ca-
strum Trys,
& libera-
cessio.

& omnibus pertinētis suis, similiter omnē calumniam, omnem querimoniam, quā de eodem Castro, & pertinentiis suis, aduersus Personam tuam, & Ecclesiam Treuiren̄: videbatur habere videntes & recognoscen-
 tes tuam, & Ecclesie Treuiren̄: Iustitiam, Wirpimus, & penitus abstipulamur. Omnia etiam Castra, omnes vil-
 las, & possessiones, ad Tuum Episcopium pertinentes, eo modo & tenore quousque, ad tua tempora Ecclesia Treuiren̄. possedit, & possidet, sic tibi, & tuis Successo-
 ribus, in perpetuum, habenda, & possidenda, liberè concedimus, & confirmamus; Et vt hæc, quæ ita rationaliter & celebriter facta sunt, succedentibus temporibus, rata & inconuulsa, debeant permanere. Hanc præ-
 cepti nostri paginam aurea bulla nostra insigniri iussimus, adhibitis idoneis Testibus, quorum nomina hæc sunt: Henricus Tullen̄: Eps. Albertus Virdunen̄: Eps. Retherus Prumien̄: Abbas. Gerardus Epternacen̄: Abbas. Berdoldus Abbas S. Eucharij. Ludouicus Abbas de S. Maria. Godefridus Abbas S. Martini. Gregorius Abbas de Toleya. Adelhelmus Abbas de Mediolacu. Folmarus Abbas de Ruthela. Richardus Abbas de Sprengersbach. Albertus Præpositus Aquensis. Godefridus Præpositus maioris Ecclesie. Rudolphus Decanus. Alexander Archidiaconus. Conradus Præpositus S. Paulini Bruno Præpositus S. Castoris. Rubertus Præpositus de Palatiolo. Sigenerus Abbas de S. Maximino. Conradus Palatinus Comes Rheni & Aduocatus Ecclesie. Matthæus Dux Lotharingæ. Fridericus Dux Sueuorum filius Conradi Regis. Henricus de Limburg. Henricus Comes Namurcen̄. Simon Comes de Sarbrucken. Godefridus Comes de Spanheimb. Volmarus Comes de Castele. Volmarus Comes de Kirberg. Gerlacus Comes de Veldentze. Henricus Comes de Catzenele-

N. 35.
 Aliq; loca
 Ecclesie
 Treuiren.

N. 36.
 Præceptum
 Cæsareum,
 Aurea Bulla, confir-
 matur ad-
 hibitis te-
 stibus,
 quorum
 nomina se-
 quuntur.

N. 37.
 Sigenerus,
 Abbas de S.
 Maximino, huic
 Cæsareæ
 confirma-
 tioni inter-
 fuit, vt te-
 stis.

68 CONFIRMAT. SENTENT. CONRADI. II.

boge. Euerhardus Comes de Seyene, & frater eius Henricus. Hermannus Comes de Virneburg. Theodoricus Comes de Are, & patruus eius Vlricus. Florentinus Comes Hollandiæ. Simon Comes de Claraualle. Henricus Comes de Tuingen, Berngerus de Rauenstein, Bruno de Burcowe, Vlricus de Warthusen, Methfridus de Numage, & frater eius Eberhardus. Cuno de Malburg, Wiricus de Bectingen, Arnoldus de Serich, Vlricus de Conradus de Bobbarden, Wolframus de Petra, Rudolphus de Eltz, Wilhelmus Marischalus, Gerardus de Esch, Ludouicus, Fridericus, Hermannus, & frater eius Walterus, Fridericus de Marceio. Godefridus de Bretscheidt. Signum Domini Friderici Romanorum Imperatoris Inuictissimi, Augusti. Datum Treuiris VIII. Idus Ianuarij, Indictione V. Anno Domini M. C. LVII. Regnante Gloriosissimo Domino Friderico Romanorum Imperatore Inuictissimo. Anno Regni eius V. Imperij verò II. Ego Reinaldus Cancell: vice Arnoldi Moguntini Archiepi & Archicancellarij recognoui.



Locus signi.

LITTERA E. N. I.

EPISTOLA S. BERNARDI, IN ordine epistolarum ipsius 179. ad Innocentium Papam pro Alberone Archiepiscopo Treuirensi.

N. 38.
Instituit
compara-
tionem in-
ter Archie-
piscopum
Alberonem

Quomodo malitia vincit sapientiam? Nosti pie Dñe, nosti Treuirenses Archiepiscopum? Scio, quia nosti; Nosti & illum S. Maximini, non Sanctum Abbatem? Puto, quia non nosti; Quis dignior honore illo priori? Sic nemo confusione dignior isto sequenti: & tamen iste hono-

honoratus est, ille opprobrio datus. Quid peccauit Archiepiscopus? prædam Ecclesiæ suæ recuperauit, captiuam Ecclesiam, de manu laica liberauit. Nunquid, pro bono, redditur malum; & odium, pro dilectione? Hic, quæso, hic euigilet oculus pietatis, & semotis paulisper occupationibus, consideret; quantum subreptum sit ei: ut talis, qualem pudet dicere, talem qualem tu ipse nosti, faciat opprobrium vicinis suis, inimicis tuis; Piissime Pater, affectus filialis loquitur. Hucusque condoluimus misero & miserabili Archiepiscopo. Verum ex hoc iam, si non fuerit emendatum, dolor cordis nostri & compassio ex intimis medullis, tota transibit ad illum, per quem potuit emendari. Sunt & aliæ læsiones præfati Viri, quas cum ei alleuiaueritis, Nobis procul dubio laborabit. Quicquid dulcissimi Domini mei nomen decolorat, cor meum exeoriat.

& Abbatem S. Maximini, quoad merita.

N. 39. Admonitio S. Bernardi ad Pontificem.

Littera E. N. 2.

EPISTOLA S. BERNARDI, IN ordine Epistolarum ipsius 180. ad Innocentium Papam pro Alberone Archiepiscopo Treuirensi.

Iterum supplicatio, iterum preces, & decies repetitæ non desinent. Non desistimus, quia non diffidimus: Bonam causam habemus, & æquum Iudicem, qui non cunctabitur euacuare, quod surreptum est, cum apparebit, quod verum est, nec poterit inde ridere, qui voluit irridere: sed ut scriptum est, mentita est iniquitas sibi. Hoc solet habere præcipuum Apostolica Sedes; ut non pigeat reuocare, quod à se fortè deprehenderit fraude elicitum, non veritate promeritum. Res plena æquitate, & laude digna, ut de mendacio nemo lucretur, præfertim apud Sanctam & Summam Sedem. Hæc sciens,

N. 40. S. Bernardus de bonitate causæ & Iustitiæ non diffidit.

N 41.
Supplicatio S. Bernhar-
di pro
Archiepi-
scopo Al-
berone.

N 42.
S. Bernhar-
dus sua
det refor-
mationem
in Mona-
sterio S.
Maximini.

puer vester, secutè supplicat pro Treuerensi, & sic in-
stat, non quasi in incertum. Ego quippe, ego hominis il-
lius noui merita, causam, intentionem. Propter quod,
horum Monachi, cum volunt lapidare? Quia malè me-
ruit? sed fideliter astitit, & multum seruiuit. Ob causæ
Iniustitiam? sed iniustum, nemo nisi iniustus, causabitur;
Quod de manu laica vendicauit? immò recuperauit Se-
di Episcopali Monasterium, tanquam clauam, de manu
Herculis, extorquens in manu fortiori. Ob prauitatem
intentionis? sed pium est reformare Religionem in Mo-
nasterio, quod ille intendit. Adsit Dominus cordi do-
mini mei, ne iterum possit ei subripi à monachis; non-
tam (vt simulant) appetentibus libertatem, quam fugi-
tantibus disciplinam.

Littera F.

CONFIRMATIO SENTENTIAE
Conradi II. ab Innocentio II. Pontifice, Al-
beroni Archiep: Treuir: anno MCXL. facta.

N 43.
Innocen-
tius II.
Pontifex
sententiam
Conradi II.

Innocentius Episcopus, Seruus Seruorum Dei. Vene-
rabili Fratri, Alberoni, Treuirensi: Archiepiscopo, A-
postolicæ Sedis Legato, eiusque Successoribus, cano-
nicè substituendis, in perpetuum. Tunc Sancta Matèr
lætatur & exultat Ecclesia, quando tantum fide ple-
num, industria & charitate roboratum Filium generat
& enutrit; qui & eorum fulgore, Superni Numinis Vir-
tutibus plenus, resplendat, & in còspectu Romani Pon-
tificis, atque Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, Regum,
Principum, atque populi Gloriosus, & Reuerendus ap-
pareat: Eapropter, Venerabilis in Domino Frater Al-
bero, Treuirensi: Archiepiscopo, Apostolicæ Sedis Lega-
te, tuis & multorum Religiosorum pro te interceden-
tium

tiumprecibus inclinati, non immemores siquidem de-
 uotionis, & obsequiorum, à tua Fraternitate, tempori-
 bus Prædecessorum nostrorum, scelicis memoriæ, Papæ
 Paschalis, Calixti, & Nostri, propensius impensorum;
 communicato nimirum Fratrum nostrorum, Episcopo-
 rum, & Cardinalium consilio, illud Iuris, quod cha-
 rissimus Filius noster Conradus Rom: Rex,
 siue Antecessores eius, in Abbatia S. Maxi-
 mini habuisse noscuntur, tibi, & per te Tre-
 uiren: Ecclesiæ, ab eodem Conrado colla-
 tum, siue restitutum est, tibi & successoribus
 tuis, auctoritate Apostolica confirmamus,
 & præsentis scripti pagina communimus; salua nimirum
 per omnia Iustitia S. R. E. si quam habet: Si quis autem
 huius nostræ Confirmationis paginam sciens, contra
 eam temerè venire temptauerit, nisi congruè satisfece-
 rit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Pe-
 tri & Pauli Apostolorum eius, incurrat; Conseruantes
 autem hæc, eiusdem Omnipotentis Dei, & supradicto-
 rum Apostolorum eius benedictionem & gratiam con-
 sequantur. Am. Am. Am.

ob merita
 Alberonis
 confirmat.

N. 44.
 Commi-
 natio Apo-
 stolica in
 transgres-
 sores.

Ego Innocentius Ca-		tholicæ Ecclesiæ E-
piscopus. Ego Conra-		duſ Sabineñ: Epſ.
Ego Gregorius Diac.	Locus	Cardinalis SS. Ser-
gij & Bacchi. Ego Ot-	Signi.	to Diac. Card. S. Ge-
orgij ad Velum aureum. Ego Vals. Diac. Card. S. Eusta-		chij. Ego Hubaldus Diac. Card. S. Mariæ in Via lata.
Ego Gerhardus Presb. Card. tit. S. Crucis in Hierusa-		lem. Ego Anſolon Presb. Card. tit. S. Laurentij in Lu-
cina. Ego Guido S. R. E. indignus Sacerdos. Ego Iuc.		
	K	Presb.


Presb. Card. tit. S. Laurentij in Damaso. Ego Chryfog.
 Presb. Car. tit. S. Praxedis. Ego Ramerius Presb. Card.
 tit. S. Priscæ. Ego Gerzo Presb. Card. S. Cæcilie. Ego
 Hubaldus Diac. Cardin. S. Adrian. Datum Lateran: per
 manum Ammerici S. R. E. Diaconi Card. & Cancellarij
 13. Kal. Ian. Indiēt. 4. Incarnationis Dñicæ Anno 1140.
 Pontificatus verò Dñi Innocentij II. Papæ Anno XI.

Littera G. N. I.

**CONFIRMATIO SENTEN-
 tiæ Conradi II. ab Eugenio Papa III. Albe-
 roni Archiepiscopo Treuir. anno MCXLVII. facta.**

EVgenius Ep̄s, Seruus Seruorum Dei. Venerabili Fra-
 tri Alberoni, Treuireñ: Archiep̄o, eiusq; Successori-
 bus, canonicè substituendis, in perpetuum. Cum vni-
 uersis S. Ecclesie Filiis debitores, ex iniuncto Nobis, à
 Deo Apostolatus officio, existamus, illos tamen Patres
 nostros, Ep̄os, & Ecclesiarum Dei Rectores, quos, in fi-
 delitate & seruitio S. Romanæ Ecclesie, Deuotiores, à
 longis retro temporibus, cognoscimus extitisse, arctio-
 ris charitatis brachiis diligere volumus & fouere, & Ec-
 clesiis, in quibus, Dño militare noscuntur, suam Iustiti-
 am conseruare. Eapropter Venerabilis Frater in Chri-
 sto Albero Treuireñ: Archiep̄e, deuotionem tuam erga
 B. Petrum, eiusque Sanctam Romanam Ecclesiam, &
 Nos ipsos attendentes, tuis iustis postulationibus, cle-
 menter annuimus, & Prædecessoris Nostri, fœlicis me-
 moriæ, Papæ Innocentij vestigiis inhærentes, Illud
 Juris, quod Charissimus filius noster Conra-
 dus Romanorum Rex, siue Antecessores e-
 ius,

N. 45.
 Eugenius
 Papa III.
 sententiam
 Conradi II
 Alberoni

ius, in Abbacia S. Maximini habuisse noscuntur; Tibi & per te Treuir: Ecclesie ab eodem Conrado collatum siue restitutum est, sicut in eiusdem Regis scripto de restitutione & confirmatione continetur, tibi & Successoribus tuis, Authoritate Apostolica, confirmamus, & presentis scripti pagina communimus. Pacem quoque & concordiam, siue transactionem, quae inter te & Nobilem virum, Henticum Namurcensem Comitem, in praesentia praesati Regis, per Charissimum filium nostrum, Bernardum Clarcuallensem Abbatem, & Principes ipsius Regni, rationabili prouidentia, facta est, & eiusdem scripto Regis, firmata, ratam & inconuulsam manere sancimus, & presentis scripti munimine roboramus. Si quis igitur, in futurum, Ecclesiastica. Saecularisue Persona, hanc nostrae Confirmationis paginam, sciens, contra eam, temere, venire tentauerit, secundo tertiove commonita, nisi, reatum suum, congrua satisfactione, correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se, diuino Iudicio, existere, de perpetrata iniquitate, cognoscat, & a Sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Dni Redemptoris nostri IESU Christi aliena fiat, atque in extremo Examine, districtae ultioni, subiaceat. Amen, Amen, Amen. Ego  Eugenius, Catholicae Ecclesiae Eps subscr. Ostiensis Eps subscr. Locus Signi. Ego Ymarus Tusculanus Episcopus subscr. Ego Guido Presbyter Card. tit. S. Chrysogoni subscr. Ego Humbaldus Presbyter Card. tit. SS. Ioannis & Pauli subscr. Ego Gillibertus Presbyter Card.

Archiepiscopo Treuirensi confirmat.

N. 46. Vri & concordiam cum Comite Namurcensi initam.

N. 47. Communitio Apostolica in transgressores.

Card. tit. S. Marci subf. Ego Guido Presbyter Card. tit. SS. Laurentij & Damasi subf. Ego Iulius Presbyter Card. tit. S. Marcelli subf. Ego Iordamio Presbyt. Card. tit. S. Susannæ subf. Ego Odo Diaconus Card. S. Georgij ad Velum aureum subf. Ego Octavianus Card. Diaconus S. Nicolai in Carcere Tulliano subf. Ego Ioannes S. Adriani Diaconus Card. S. Mariæ Nouæ ff. Ego Guido Diaconus Card. S. Mariæ in Porticu ff. Ego Iacintus Diaconus Card. S. Mariæ in Cosmidin ff. Datum Parasius per manum Hugonis Presbyteri Cardinalis agentis vicem Dñi Guidonis S. Romanæ Ecclesiæ Diaconi & Cardinalis & Cancell. Non: Maij. Indictione X. Incarnationis Dominicæ Anno M. C. XLVII. Pontificatus verò Dñi Eugenij III. Papæ Anno III.

Littera G. N. 2.

CONFIRMATIO SENTENTIAE

Conradi II. ab Eugenio Papa III. Hillino

Archiepiscopo Treuirensi, anno MCLII. facta.

EVgenius Ep̄s, Seruus Seruorum Dei. Venerabili Fratri, Hillino Treuireñ: Archiep̄o, Eiusq; Successoribus, canonicè promouendis, in perpetuum. In eminenti, Apostolicæ Sedis specula, disponente Dño, constituti, licet omnibus Ecclesiis, tam vicinis, quam longè positis, & Ecclesiarum Prælati, debitores, ex iniuncto Nobis à Dño, Apostolatus officio, existimus; illis tamen locis atque personis, attentiori atque propensiori, Nos, conuenit, charitatis studio, imminere, quæ Sacrosanctæ & Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ, deuotiori & vberiori familiaritate & obsequio, adhæsisse noscuntur. Eapropter, dilecte in Dño Frater, Hilline Archiep̄e, deuotionem

N. 48.
Eugenius,
Pontifex

nem

nem & sincerum affectum Treuirensis Ecclesie, cui Deo
 authore, præesse dinosceris, ac Prædecessorum tuorum,
 erga B. Petrum & Prædecessores nostros, atque Nos Ip-
 sos, debita benignitate, attendentes, dignitates seu ho-
 nores, & libertates, à Prædecessoribus nostris Ioanne
 XIII. Benedicto VII. Leone IX. Victore II. & Innocen-
 tio, scilicet memoria, Romanis Pontificibus, aut Impe-
 ratoribus vel Regibus, Eidem Ecclesie concessas, Tibi,
 tuisq; Successoribus, auctoritate Apostolica, confirma-
 mus, & præsentis Scripti priuilegio communimus: Sta-
 tuentes vt quascunque possessiones, quacunque bona,
 Eadem Ecclesia, in præsentiarum, iuste & canonicè pos-
 sident, aut in futurum, concessione Pontificum, largitio-
 ne Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis
 iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma Tibi
 tuisq; Successoribus, & illibata, permaneant: Et nomi-
 natim Castrum Trys appellatum, cum banno & appen-
 diciis suis, quod Nobilis Vir, Comes Otto, assensu & vo-
 luntate Vxoribus, Gertrudis Palatinæ Comitissæ, præ-
 dictæ Ecclesie rationabiliter contulit. Sanximus etiam,
 vt iuxta quod, in sacro Calcedonensi Concilio, statu-
 rum est, nulli Regi vel Imperatori seu Aduocato, nulli
 Ecclesiasticæ Sæcularive Personæ, liceat, decedentium
 Archiepiscoporum, seu Presbyterorum, vel reliquorum
 Clericorum Treuirensis Ecclesie bona, peruadere, seu
 diripere; sed potius hæc ipsa, ad opus eligendi Antistitis,
 iuxta dispositionem Yconomi, & Clericorum, liberè
 conferentur. Ob maiorem quoque reuerentiam & de-
 corem commissæ Tibi Ecclesie, tam de equitando per
 stationes cum Nacco, quam etiam de Cruce, ante te de-
 ferenda, quod à Prædecessoribus nostris, Apostolicæ
 memoriæ Viris, Treuirensibus Archiepiscopis, est con-
 cessum, & authenticis priuilegiis roboratum, Nos quo-

Antecesso-
 ribus Suis
 & Impera-
 toribus, di-
 gnitates &
 libertates
 Ecclesie
 Treuir. da-
 tas, confir-
 mat.

N. 49.
 Possessio-
 nes, bona
 & c. illibata
 manere de-
 bere sta-
 tuit.

N. 50.
 Nomina-
 tim Ca-
 strum
 Trys & c.

N. 51.
 Bona Cle-
 ricorum
 Treuirensis
 Ecclesie ad
 opus eli-
 gendi An-
 tistitis con-
 feruari de-
 bent.

N. 52.
 Priuilegiū
 de equitan-
 do per sta-
 tiones cum
 Nacco &
 Cruce de-
 ferenda.


N. 33.
 In Abbatia S.
 Maximini
 à Conrado
 Rege resti-
 tutum con-
 firmat.

N. 34.
 Transac-
 tionem,
 inter Al-
 beronem
 Archiepi-
 scopum &
 Comitem
 Namurcē-
 sem, factā
 ratam per-
 manere de-
 bere, decer-
 nit.

N. 35.
 Contenta
 transac-
 tionis prædi-
 ctæ.

N. 36.
 Intransac-
 tionis prædi-
 ctæ.

que Tibi, Apostolica auctoritate, concedimus. Illud præterea Iuris, quod, Illustris memoriæ, Conradus Romanorum Rex siue Ipsius Antecessores, in Abbatia S. Maximini, habuisse noscuntur, Prædecessor tuo, bonæ recordationis, Alberoni, & per Eum Treuirense Ecclesiæ, ab Eodem Conrado collatū, seu restitutum est, quemadmodum, in Eiusdem Regis scripto, de restitutione & confirmatione, rationabiliter continetur, Tibi tuisque Successoribus confirmamus. Pacem quoque, atque, concordiam siue transactionem, quæ, inter Prædictum Prædecessorem Tuum, & Nobilem Virum, Henricum Namurcē: Comitem, in præsentia memorati Regis, per charissimum Filium nostrum, Bernardum Clareuallensem Abbatem, & Principes Teutonici Regni, rationabili prouidentia, sicut inferius continetur, facta est, & Eiusdem Regis scripto firmata, ratam & inconvulsam, futuris temporibus, permanere decernimus; Comes siquidem, antedicto Archiepiscopo, per omnia satisfaciens, ei fidelitatem iteratō iurauit, atque de prædicta Abbatia, Eidem Archiepiscopo, omnem omninō exinde calumniam, refutauit; Sic itaque ab Archiepiscopo absolutionem impetrauit, &, excepto Castro de Manderscheidt, cum suis pertinentiis, beneficium suum, cum integritate, recepit. Iurauit etiam idem Comes, quod Rodolfsburg, neque reedificaret, neque aliquem reedificare iuuaret; Quod si aduersus ista præsumeret, &, infra XVIII. septimanas, con-

congruam emendationem, exhibere minimè vellet, terram suam, ita, in manu Archiepiscopi, obligavit, ut beneficiati, deinceps beneficia sua, ex illa terra ab Archiepiscopo, liberè reciperent atque tenerent. Decernimus quoque, ut, nulli omninò hominum, liceat præfatam Ecclesiam, temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integrè conseruentur, eorum, pro quorum gubernatione, & sustentatione, concessa sunt, vsibus omnimodis profutura, salua in omnibus, Apostolicæ Sedis, autoritate. Si quæ igitur, in futurum, Ecclesiastica Sæcularisve Persona, hanc nostræ constitutionis paginam, sciens, contra eam temerè venire tentauerit, secundò tertioque commonita, si non, satisfactione congrua, emendauerit, potestatis, honorisque sui dignitate, careat, reamque se diuino Iudicio existere, de perpetrata iniquitate, cognoscatur, & à Sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Dñi Redemptoris nostri Iesv Christi, aliena fiat, atque in extremo Examine, districtæ ultioni, subiaceat; Cunctis autem eidem Loco iusta seruantibus, sit pax Dñi nostri Iesu Christi, quatenus & hinc fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Iudicem, præmia æternæ pacis, inueniant. Amen Amen Amen. Ego Eugenius Catholicæ Ecclesiæ
 Tusculanus Ep̄s ff.  Ep̄s ff. Ego Ymarus
 Ep̄s. Ego G. G. Locus Signi. Ego Hugo Hostien-
 lis tit. S. Calixti. Ego Hubaldus Presbyter Cardinalis
 tit. S. Praxedis. Ego Otto Presbyter Card. tit. S. Ec-
 ciliæ. Ego Manfredus Presb. Card. tit. S. Sabinæ. Ego
 Centius Presb. Card. tit. in Lucina. Ego Henricus Presb.
 Cardinal. tit. SS. Nerei & Achillei. Ego Otto Diaconus
 K 4 Cardin,

N. 36.
 Bona Ec-
 clesiæ Tre-
 uirensis
 nullus tur-
 bare &c.
 debet.

N. 38.
 Præceptum
 Apostoli-
 cum & cõ-
 minatio
 cõtra trans-
 gressores.

Cardin. S. Georgij ad Velum aureum. Ego Rodolphus
 Diaconus Card. S. Lucie in Septa Solis. Ego Gregorius
 Diaconus Card. S. Angeli. Ego Guido Diaconus Card.
 S. Mariæ in Porticu. Ego Iacintus Diaconus Card. S.
 Mariæ in Cosmidin. Ego Ioannes Diaconus Card. SS.
 Sergij & Bacchi. Ego Gerardus S. R. E. Ecclesie Diaco-
 nus Card. Datum Siginæ per manum Bosonis S. R. E.
 Scriptoris VI. Kalend. Junij. Indictione XV. Incarnatio-
 nis Dominicæ Anno M. C. LII. Pontificatus verò Do-
 mini Eugenij III. Papæ Anno VIII.

Littera H. N. 1.

*COPIA IURAMENTI, QVOD
 Archiepiscopo Treuirensi & Principi Electori
 Abbas Monasterij S. Maximini prestare tenetur.*

EGO N. Abbas Monasterij S. Maximini, extra & pro-
 pe mœnia ciuitatis Treuiren. Notum facio Vniuersis,
 quod Reuerendissimo in Christo Patri ac Domino Do-
 mino N. Archiepiscopo Treuirensi, ac Principi Electro-
 ri, infrascriptum fidelitatis, subiectionis, & obedientiæ
 præstiti Iuramentum, sub hac, quæ sequitur, forma: Ego
 N. Abbas Monasterij S. Maximini, extra & prope mœ-
 nia ciuitatis Treuirensis, promitto, spondeo & iuro, me,
 ex nunc in antea, fore fidelem & obedientem Sacro Ro-
 mano Imperio & Reuerendissimo in Christo Patri, Il-
 lustrissimoq; Principi ac Domino, Dño N. Archiepisco-
 po Treuirensi, Sacri Romani Imperij, per Galliam &
 Regnum Arelatense, Archicancellario & Principi Ele-
 ctori, Dño meo Gratosissimo, Imperiali & Regia au-
 thoritate, & nomine, iuxta tenorem literarum, Suisque
 Successoribus, canonicè intrantibus, Iura Sua, & Sux
 Diocesis, quoad potero, defendam, neque, quod in me
 est,

N. 59.
 Tenor iu-
 ramenti.

est, lædi patiar, non dabo consilium, vel consilio interero, cuius occasione, dictus Dominus Archiepiscopus, vel Sui Successores, periculum corporis, honoris, lætionem membrorum, Sux Ditionis, vel Subditorum, patiat; sed si id ab alijs tentatum rescuero, pandam Illi Suisque Successoribus fideliter; Regalia, temporalitates, feuda, & quæcunque Monasterij mei Iura, fideliter conseruabo, & manutenebo, deperdita pro posse recuperabo: Sic me Deus adiuuet: Ita iuro ad hæc Sancta Dei Euangelia. In cuius rei testimonium, Sigillum meum præsentibus est appressum. Datæ N. die & c. mensis & c. Anno Domini & c.

Littera H. N. 2.

ACTVS IVRAMENTI SVBIECTIONIS Domino Archiepiscopo Treuiren: à Subditis Maximinianis in Longuich præstiti.

DIe Mercurij VIII. Nouembris M. DC. XXIII. Eminentissimus Princeps hinc, ex Palatio, mane intra sextam & septimam horas, Eques in Longuich, stipatus Comitatu infranominato, Sese contulit, & in Curtem Maximinianam diuertens, prandium ibidem sumpsit: Interea ex districtu, Hersauia nuncupato, omnes Subditi in Campum maiorem, ultra pagum, conuenerant, quò Sua Eminentia Rheda perrexit, & postquam iam dicti Subditi cum vexillis explicatis suisque armis, tympanis & fistulis processissent, atque bombardas explosissent; ad ingentem arborē, ubi Sua Eminentia subsistebat, sese contulerunt: quibus per D. Cancellarium, Cunionem à Graenstein, publicè propositum est: cunctis obedientissimè congregatis Subditis, iam satis innotuisse, qualiter ad obitum Reuerendissimi in Christo Patris,

N. 60.
Dominus
Electo
modernus
anno 1623.
8. Nouembris in Longuich se confert.

N. 61.
Propositio
à Sux Eminentie
Cancellario Subditis
Prin. Maximi.

L

Prin. Maximi.

Tum Prætor in Leiuē, Ioannes Iacobus Winter, respondit, omnes præsentēs Subditos, quod Sux Eminentia, ad hanc Electoralem Dignitatem euecta sit, ex animo lætari, atque apud Deum omnipotentem, pro Sux Eminentia diuturna in eolunitate & prospero Regimine, intercedere; vnà humillimè rogantes, vt illis Clementissimus esse, eorumque antiquas immunitates conseruare dignaretur; Se paratos pronosque esse, Sux Eminentia, vti suo Principi ac Domino, debitam subiectionem præstare.

N. 62.
Responsio
Prætoris in
Leiuē no-
mine Sub-
ditorum.

Prætor quoque in Regiola posthæc proposuit, se nomine Monasterij S. Maximini, eiusque Subditorum comparere, vt Sux Eminentia de Electorali Dignitate gratularetur, & diuturnum pacificum Regimen appreceretur; paratum quoque sese subiectionem & fidelitatem, pro recepta antiqua consuetudine, humillimè præstare; vnà obedientissimè rogando, vt vetera iura illis facta & inuiolata relinquere dignaretur.

N. 63.
Prætor in
Regiola
nomine
Monasterij
S. Maximini
& Sub-
ditorum ad
subiectionem
se se
offert.

Cui iam dicto Prætori de Regiola, Sux Ipsamet Eminentia respondit; Se, in quantum pro, acceptare, quod nomine Monasterij & iam dictorum Maximinianorum Subditorum compareret, & cum iis, vti antiquitus factum, subiectionem præstare obedientissimè paratus esset; prout etiam Sux Eminentia aliud nihil quæreret aut peteret: agere se clementissimas gratias pro gratulatione, velle Se eos quoad exercita priuilegia vetera & consuetudines manuteneri; hanc verò fidelitatis præstationem plus commodi quam detrimenti ipsis allaturam.

N. 64.
Responsio
Eminentia
Sux.

Quibus præuis, Subditi promiscuè accesserunt, & successiuè sub manuali fide subiectionem Sux Eminentia promiserunt, è pagis sequentibus:

N. 65.
Præstatio
subiectionis
sub ma-
nuali fide.

Leiuē

Osbergh

Rouer

Schweich

Waltrach

Riol

L 2

Furs-

Eurfweiler	Khen	Gutweiler
Schonbergh	Hocweiler	Herle
Thorn	Irfeh	Longuich
Filseh	Ladlingen	Kirsch
Mordschidt	Mertisdorff	Luisch
Clusserath	Langen	Ensch
Tarforst	Lorich	Keuerich
Fell	Meringh	
Casel	Helbach	

Treuirenses.
Manderscheidiani.
Trittenhemenses.
Abbatiales S. Matthiae.

N. 66.
Præstatio
Iuramenti
subiectio-
nis.

Data manuali fide, quia actus ultra horam protraheretur, omnes Subditi in circulum denuò cõuocati sunt, quibus per D. Cancellarium Iuramentum in consueta forma propositum est, illique erectis digitis iurauerunt hac forma: quæ nobis iam proposita sunt, & benè intelleximus, fideliter, sincerè & iustè adimplebimus, sic nos Deus adiuuet & Sancta eius Euangelia.

Tunc D. Cancellarius vltterius sermonem profecutus, retulit, Sux Eminentix hæc præstitam obedientiam clementissimè placere, & pro ea gratias agere, proque beneuola affectione Eandem Subditis 50. florenos à Teloneario Palatiolano recipiendos, offerre; quos pacificè ac hilariter consumerent, pro quibus omnes humillimè gratias dixerunt.

Vltterius dictus Prætor Leiuensis Sux Eminentix humillimè infinuauit, habere quidem Subditos nonnulla grauaminum puncta; quorum tamen causa, Suam Eminentiam

mentiam modò nollent detinere, in scriptis alias ea proposituri.

Cui responsum; Suam Eminentiam ordinaturam desuper, quæ oportuna visa forent, sicque Eminentissimus conscendit Rhedam & sub vesperum, cum Comitatu Treuiri redijt.

Huic subiectionis Iuramento præter Suam Eminentiam interfuerunt,

D. Georgius Wolffgangus à Kesselstat Scholasticus Metropolitanæ Ecclesiæ.

D. Ioannes Guilielmus à Merzenhausen Capitularis Canonicus.

D. Damianus à Petra Vices gerens Treuirensis.

D. Cuno à Graenstein Cancellarius.

D. Ioannes Reinhardus à Sceteren Satrapa ad S. Wendelinum.

Ioannes à Bentzeradt Vice Tribunus.

Otto Henricus Zandt à Merle.

Ludolfus à Metternich.

Capitaneus Haller, aliique Aulici & Ministri.

Io. Millawer Secret.

Littera I.

VOTVM IN CAUSA FISCALIS

Cæsarei contra Abbatem S. Maximini, &

Archiepiscopum Treuirensis, ratione Exemptionis.

Quæ actio instituta?

Possem verba ea hinc repetere, quæ dixi, in causa Fiscalis, contra Abbatem S. Ægidij, & Senatum Norinbergensem, cum eadem sit petitio, nisi obscura Dñis videri

N.º.
Fiscalis Cæsarei petitio Abbatis S. Max.

mini absq;
medio ad
Imperium
pertinere.

deri posset mea Conclusio; quare, quod tunc prolixè, id iam breuiter dicam.

Conclusionem Libelli, & quid petatum sit, actionis inueniendæ modum tritum est; petit ergo Fiscalis pronunciari; quod Abbas S. Maximini, absque medio, ad Imperium pertineat, Prælatus Imperij sit, & quod propterea, Ordinarias & Extraordinarias Imperij Collectas, soluere teneatur, & Archiepiscopo Treuirensi: perpetuum silentium imponatur; siue, casu quo hoc non sit, vt saltem ad Collectarum solutionem teneatur; petitionem eiusmodi alternatiuam, pcedere posse decisum est.

N. 68.
Quæ peti-
tio non de
persona
Abbatis,
sed iure
quodam
Imperio ad
iudicando,
intelligen-
da.

Hanc petitionem sic intelligendam esse puto; vt non tam personam Abbatis Imperio adiudicari, quam ius quoddam, quod circa hanc dignitatem & totum Monasterium, quoad Superioritatem, quod dicunt, versatur: Alioquin, si de iure personali ageretur, posse locum habere putarem, quod dicitur, liberis personas, iuri nostro subiectas vendicari posse adiecta causa, scilicet de iure Romano, siue iure Canonum. per l. 1. §. 1. & que ibi traduntur, ff. de rei vind. Quemadmodum Abbas Monachum, Ciuitas Ciuem, Prælatus Clericum suum, adiecta eiusmodi causa vindicare potest: Item per actionem prziudicalem, siue Interdictum de libero homine exhibendo. Bart. in terminis, in l. 1. ff. de lib. hom. exh. Et quidem sic Abbas hic non potest vendicari, quasi proprietas eius spectet ad Imperium; sed quod ius in eum Imperium habeat subiectionis, vt potestas in Ciuem, quemadmodum in simili dicit Felin. in c. examinata. nu. 8. de iudicij, quod lis Laicorum super iure, annexo Ecclesiæ, possit dici esse de Ecclesiæ, & ob id libellum vendicantem Ecclesiæ exponendum putat, pro iure, quod Actori in Ecclesiæ competat. valereq; affirmat libellum, patroni dicentis, peto Ecclesiæ meam, quod hoc, nomine

N. 69.
Libere per-
sonæ qui-
bus actio-
nibus vin-
dicantur.

N. 70.
Ius Eccle-
siæ anne-
xum quo-
modo pe-
tendum.

serui.

seruitutis, largè ita accipi queat: Sic quoque quia Abbas, vt Ecclesiastica persona, Imperio subesse non potest, *per vulgata*; potest tamen ratione rerum, Regalium, Feudorum, vt sic non tam persona subiecta, quam res ipsa, & eius respectu, saltem persona videatur. Sic quoque res, quæ sunt in nullius bonis, vendicari non possunt, vendicatione scilicet directa, quasi nostræ, pro iure tamen quod nobis competit in iis, possumus a directa causa de iure Canonico. *Bart. in l. rem. §. loca sacra. ff. de rei vind.* Iura enim spiritualia vendicari, non quidem actione directa, sed vtili rei vendicatione possunt, cum directa competere non possit, cum ea non nisi competat ei, qui est dominus de iure Gentium vel Ciuili, vt in *l. in rem. ff. de rei vendic.* Sed bona Ecclesiastica vel spiritualia non sunt propriè in dominio nostro, vt in *§. in nullius. Inst. de rer. diuis. Innoc. in c. cum venerabilis. de relig. domib.* vbi textus est notorius, quod quis possit rem incorpoream vendicare, ratione iuris, quod habet in ea, & quia ista vtilis rei vendicatio quæ pro iure, quod nisi in re incorporali competit, datur, meo quidem iudicio nihil aliud est, quam Confessoria, idq; apertè ex ipso contextu, *Inst. de action. §. aequè relucet.* quod scilicet quemadmodum domino pro re corporali in rem actio, æquè si quis agat sibi ius esse in rem, actio competat, quam Iurisconsulti Confessoriam appellat, vt ego non videam, aliud sibi voluisse, cum hac adiectione causæ, quam Confessoriam, cum ea non quidem sit directa in rem actio, sed tamen in rem quamuis non directè, vt supra dixi; Et propterea sequitur, non aliam esse, quam Confessoriam, non illam vtilem rei vendicationem, quæ competit superficiario, nam id ex eo non sequitur, etiam si directa non competat; pro omnibus enim iuribus non modò pro seruitutibus, vt sunt Dominium, Iurisdictionis Imperium, Ius permutandi

N. 71.
Abbas quod respectu Imperio subesse possit.

N. 72.
Res nullius in bonis, quæ actione vindicentur.

N. 73.
Iure spiritualia quomodo vindicentur.

N. 74.
Actio confessoria pro quare datur.

N. 75.
An nostro
casu' con-
fessoria sit
iustituta.

N. 76.
Nostro ca-
su non in-
stituta est
utilis rei
vindictio

N. 77.
Qua ratio-
ne Fiscalis
collectas
petierit.
N. 78.
Quæ actio
competat
pro tribu-
tis.

merum & mixtum, vel si quid est aliud, competunt actiones in rem confessoria & negatoria, vel quasi confessoria, ut dicit Bald. in rubr. C. de usufr. n. 1. Bart. in l. si publicanus. §. in omnibus. ff. de publicanis. n. 5. sed ut probemus in terminis, non esse hic pro Abbatis vindicatione aliam institutam actionem, quam Confessoriam, adducam Innocentij verba in c. Abbate. sane. de verb. sign. qui perspicuis docet verbis: quod quando quis Abbatem, tanquam suum Subditum, vindicare velit, id actione Confessoria, facere debeat, quod quoque hoc casu sufficere ait; si quis probet, ius subiectionis sibi in Abbatem esse, etiam si non possideat, idq; probat latè, multis ad hoc adductis iuribus: Neque enim hic de status causa (quoad personam Abbatis) actum facile quis dicet, ut propterea utilis ei rei vindictio competat; cum, ut dixi, Abbas, ut libera, tum etiam ut Ecclesiastica persona, à Laicis considerari non possit; neque de causa status, seruus né an liber sit; sed de sola subiectione & eius iure, agatur; non enim nisi rei, non quidem Monasterij, quod in nullius bonis est, sed Iurium, Regalium, Vestigialium &c. intuitu, subiectus esse potest.

Et quia ex his liquet, non alia ratione Fiscalem Collectas petere, nisi quod Abbatem propterea, ad solutionem Collectarum, teneri velit; quæ cum ad Imperium pertinere dicat, meo quidem iudicio, non ineptè hoc facit, cū Baldus in l. i. C. de Annon. indubitanter asserat, nullam actionem pro tributis oriri posse: Nam si dicas personalem, malè; ait, dices; quia non sequeretur rem: si dicas, fore realem; quæritur rursus unde ea veniat; omnis enim realis venit à iure, quod habetur de re, ut dominij; vel super re, ut seruitutis iure; Hic autem neutrum habet Fiscus in re tributaria; quia non habet in ea ius dominij vel quasi, vel seruitutis; Ergo non est actio realis ad tribu-

tributa: & ideò, inquit, idem est in munere & tributo: cū hodiè obligatio tributi ac muneris ordinarij siue extraordinarij æquiparentur, l. 1. C. de muner. patr. & concludit tandē officium Iudicis cōpetere, & suo officio accedere hypothecam, & illud officium Iudicis, posse, per modū actionis, in exercitium contra soluere debentem Collectam; in quo tamen dissentit ab eo Thomas, & rectè quidem meo iudicio, quod iam oriatur actio realis ex tacita hypotheca, quæ contrahitur ratione iurisdictionis cum Principe, *can. si. c. 11. q. 1.* pariter etiam cum Vniuersitate, ratione administrationis, cum Republica & pupillo, cum scripta sit realis actio pro rebus mobilibus, ac pro his, quæ solo continentur, & adiecta ait causa posse sic rem vendicari. Igitur ex hac tacita hypotheca, qua inspecta, omnia prædia reperiuntur obligata, solutioni munerum oritur actio realis hypothecaria, & venit à Iure quasi dominus seruitutis, *c. quo iure. distinct. 8.* Ex quibus apparet, non potuisse Fiscum petere Abbatem Treuir: ad Collectas, nisi primùm pronunciaretur Subditus, vt sic præiudicialis hæc videatur actio, & sic de ea agi nondum posse.

N. 79.
An hypothecaria actio, competat pro tributis.

Concludo igitur Confessoriam institutam, & quia Recessus Imperij apertè Fiscali mandat; quod is, ratione Contributionum, hosce Processus instituere debeat, eaq; principalis sit intentio Imperij, cum, vt ex §. *Vnd* alijc. patet, non multum curet, cui pareant Status Imperij, modò Contributiones soluantur, & hypothecaria locum non habeat, nisi certum debitum subsit, nec ante nascatur, & hæc obligatio de futuro pendeat, & ea locum, de futuris præstationibus & incertis, habere non possit; videtur sanè, quoad præstationes, condictio ex lege seu Constitutione danda, cum, vt dixi, pro iis futuris, de præsentibus, & in genere nulla actio sit, vt in quæstione

N. 80.
Concluditur actionem confessoriam institutam.

N. 81.
Et condictionem ex lege.

M

insti-

instituta videtur, quæ aliàs non daretur, si ordinaria actio adesset, vt est clarus text. *in l. i. ff. de cond. ex leg.* Nec refert, quod Baldus de officio Iudicis dicit; quia loquitur longè alio casu, de impositis his & iam debitis in specie, non de generali obligatione Collectorum tam præsentium, quam futurarum.

N. 82.
Quando
condictio
ex lege de-
tur.

Nec me mouet, non prius ad condictioem ex lege seu Constitutione confugiendum, nec eam dari nisi in defectum actionis ordinariæ, & sic, quando alia, ipsa noua lege seu Constitutione, introducta est. Respondeo enim ex prædictis satis apparere, nouam actionem, ex Constitutione hac, introductam; Concludo ergò, præsertim quoad alternatiuam petitionem, Condictioem *ex Constitutione Imperij, anno 48. institutam.*

An probata?

N. 83.
1. Ratio.
Fiscalis ex
matricula
imperij.

N. 84.
2. Ratio.
Ex priuile-
giis Maxi-
miliani &
Caroli V.

N. 85.
3. Ratio.
Ex priuile-
giis exem-
ptionis
Cæsareis,

N. 86.
4. Ratio.
Ex confes-
sione par-
tis,

Primò adest Matricula, quæ quamuis non probet, vt deduxi in loco meo Fiscalis, contra *Niddegeßhausen & Braunschweig* tamen nonnullam præsumptionem facere ex his, quæ ibi scripsi, patet. Huic præsumptiunculæ accedit vrgentissima ratio, quod Ep̄s ratione priuilegij à Maximiliano & Carolo V. Imperatoribus dati, inuestierit Abbatem, non suo sed Imperatoris nomine; quibus litteris fatetur apertè, Monasterium esse membrum Imperij insigne; deinde, habere Regalia, Iura & Feuda ab Imperio. Huic accedit, quod, ex exemplis priuilegiorum, ab Abbate productorum, & ab Imperatoribus confirmatorum, luce clarius constat: datum Monasterio priuilegium, ne cui in perpetuum subsit, nisi solis Imperatoribus & Regibus Romanis: Confirmatur hoc quoque per confessionem Partis, *ad r. & 5. art. pos. vbi fatetur;* quod sit Prelatus Imperij, quamuis cum qualitate; Et *secundus testis ad r. Int. dicit; se semper audiuisse,* q̄ dictum
Mona-

Monasterium, semper fuerit commembrū Imperii, quæ sanè & alia coniuncta satis superq; intentionem Fiscalis, quoad proprietatem & dominium, & sic quod Satus ad se pertineat, probasse videtur.

Hiscæ priuilegia à Reo producta non obstare, tum quod sibi aperte contrariari videntur, tum dicant, ad neutrum pertinere dominium & proprietatem; Item & possessionem, cum iure annexo, nisi ad Archiepiscopum Treuirensē: & in posterioribus dicatur, Ius, Regalia, Feuda Imperij esse, & ob id, cum posterioribus, accedat confessio omnium partium, Imperatoris, Archiepi & Abbatis, quod videlicet sit membrum Imperij, habeat Iura, Feuda & Regalia ab Imperio, præualere debet ista confessio fortificata per alia in Iudicio producta, & huic standum est; tum quod antiqua præsertim priuilegia, ab Archiepo producta, nullam videantur habere vim probationis; cum non sint nisi exempla & copiæ nudæ, non originalia, quæ sanè nullam aut paruam fidem habere videntur: Nec obstat, ea ab Imperatoribus, Maximiliano & Carolo V. exemplata: quia ea Exemplatio etiam ab Imperatore fieri non debuit, præsertim in præiudicium tertij, Abbatis scilicet eo non vocato, vt traditur *in auth. si quis in aliquo. C. de edendo. Decius in c. venerabilis. de confirm. vtil. & inutil.* Parum quoque facere videntur testes producti contra confessionem prædictam; quia cum constet, ex Maximiliani priuilegio, etiam anteriores Archiepos aliud ius in Monasterium non habuisse, quam tunc ei confert, & sic Monasterium in potestate Imperatoris mansisse.

Nota, ex Inuestitura non patet Archiepiscopum possedisse; Ergo possessionem non potuit inuertere; Igitur inuersam potius possessionem, & sic in mala fide, vt non valeat præscriptio, etiam si probata sit, *l. male agere. C. de*

N. 87.

5. Ratio.

Ex contrarietate priuilegiorum à parte Monasterij & Archiepiscopi productorum.

N. 88.

6. Ratio.

Ex nuda exemplatione priuilegiorum ab Archiepiscopo exhibitorum.

N. 89.

7. Ratio.

A mala fidei possessione.

N. 90.
 8. Ratio.
 A domesti-
 citate te-
 stium.
 N. 91.
 9. Ratio.
 A præscri-
 ptione non
 facta.

præscript. 30. vel 40. annor. quomodo enim præscribere potuit, quod ad alium pertinere sciebat? Ne quid dicam testes esse domesticos, familiares & subditos Archiepi, & tamen non videntur probare tempus satis aptum, ad hanc præscriptionem; cum in præscriptione negatiua, & quæ Principi, in signum Supremæ Eminentia, reseruata sunt, non nisi spatio 100. annorum, vt communior habet opinio, tanti temporis, cuius contrarij non existit memoria, præscribatur; Ne quid iam dicam in præscriptione libertatis non sufficere, si quis probet mihi aut alteri soluta esse; sed requiritur, vt quis doceat de titulo, & quod intra spatium 40. annorum aliqua fuerit generalis Collecta imposita. Item quod quis probet, se fuisse requisitum, vt soluat; Item condictio & recusatio soluendi; Item bona fides; Item scientia & patientia. *Baldus in tract. de præscript. 2. part. 5. princ. q. 7. per tot.* Ex quibus omnibus & similibus necessariò videtur sequi, Fiscalis intentionem probatam ac fundatam.

Hisce tandem accedit, quod si habuisset dictum Monasterium aut Archieps vnquam priuilegium Exemptionis à Collectis, certè opus fuisset appellatione, cum inscriberetur in librum Collectarum, quia nisi quis statim appellat, sibi præiudicat, priuilegium perdit, & perpetuò cogitur soluere, probatur latè per *Iason. in l. beneficium. nu. 59. ff. de constit. Principum.*

N. 92.
 Petens mu-
 nera & o-
 peras, pro-
 bare debet
 actus solu-
 tionis.

Et quamuis hisce contraria esse videatur ipsa Imperialis Constitutio, præsertim in §. *Hette aber* &c. quæ videtur exigere à Fiscali probationem alicuius actus; Item & ea, quæ tradit *Ioannes Blanc. in Epit. feud. lib. 1. c. 2.* qui dicit; requiri titulum & præstationem, & vel vnicum vel binum actum, prout Constitutio Imperialis, sufficere *Ioannes Blanc. ibid. nu. 39* affirmat; præsertim si aduersarius sit in possessione libertatis, moti ex eo; quod si Patronus, qui est in

est in possessione libertinitatis, siue iuris Patronatus, dicat sibi deberi operas à Liberto, si Libertus id neget, debeat tamen nihilominus probare operas, sibi esse debitas; nec enim releuabit dicta possessio, seu quasi iuris patronatus, *l. quoties. ff. de probat.* cum quilibet præsumatur esse liber & immunis, & etiam quælibet res, nisi seruitiis probetur supposita, *l. manumissiones. ff. de iust. & iur. c. ius naturale. dist. 1. l. alius. C. de seruit.* tamen nihil hoc, quo minus intentio Fiscalis probata dici possit, impedire puto; nam quoad dictum §. Hette aber 2c. Ego longè aliter intelligo, prout latè deduxi, in voto meo, in causa Fiscalis, contra S. Ægidium & Norimbergenses: cum videlicet intelligendum, quando scilicet obtinuit Eximens contra Fiscalem, & controuersia est inter eximentem & exemptum, an cum onere vel non, exemptum habere sciebat; Aut si Eximens & Exemptus primò probauit statum ad se pertinere, vt, in statu victoriæ, quoad proprietatem sit, quemadmodum textus apertè loquitur. 3. Intelligo eum in Iudicio possessorio; videlicet, si Eximens obtinisset in possessorio; loquitur enim apertè de parte vincenti; *soll dem gemeinen Diensts 2c.* à quibus intellectibus non video adhuc, quemadmodum discedere possim; sic me quoque parum mouet; quod à *Ioanne Blanc.* supra citatis locis dicitur; loquitur enim non in casu Contributionum Imperij; sed quando ij qui Superiorem recognoscunt, Subditos Collectis grauare volunt; Item, quando eiusmodi Collectas imponere volunt, aut Censur, de quibus dubium est, an teneantur Subditi; neque enim aliter Leges, ab illo allegatæ, intelligi possunt. Nam *l. quoties. ff. de prob.* loquitur de iis operis, quæ non ipsa natura veniunt; sed de artificialibus, ad quæ Libertus non tenetur, secus tamen in obsequialibus, ad quæ omnia tenetur, vt *Gloss. ibidem* dicit; nam & filius, alioquin ne-

N. 93.
Quælibet
res præsumi-
tur libera.

N. 94.
§. Hette
aber con-
stitutionis
de anno
1548. quo-
modo in-
telligendus.

N. 95.
Ioannes
Blancus lo-
cis citatis
de quibus
casibus lo-
quatur.

N. 96.
Conclusio
pro Fiscali.

gans, se sub potestate paterna esse, libertatem allegans, eam docere tenetur, iuncta *l. si filius, & l. circa. ff. de probat.* Quare ego ex his potius concludo; cum Fiscus probauit Monasterium esse membrum Imperij, & Archiepiscopum, nomine Imperatoris, Regalia, Iura, & Feuda, quæ tamen non ab eo, sed ab Imperio, ei contribuit, vt sic Ipsum Imperatorem ea facere, quæ per alium agit, certum sit; tum quod his reliqua supradeducta adminiculentur, censeri non modò dominium Monasterij pertinere ad Imperium probatum; sed cum quilibet Status, regulariter absque medio, contribuere teneatur, eamq; regulam pro se habeat Fiscalis, donec de exceptione legitime doceatur; tum quod regulam pro se habens, intentionem habeat fundatam. *Glossa in l. omnis definitio. ff. de Reg. iur. & Contributionem eidem fieri oportere.*

An elisa?

N. 97.
Quæstio 1.
An exemptiones
documentorum
probeat?

Q Via de Elisione dicturus, de priuilegiis, ab Archiepiscopo & Fiscali in modum transumpti, productis, malè consideranda veniunt, tum etiam & hoc, quod quia in confesso videtur, membrum esse Imperij Monasterium, & nihil, suo nomine, facere Archiepiscopum, sed Imperatoris, an hæc ita sint, vt, iis stantibus, Episcopus ius vel collectandi, vel dominij utilis saltem, habere possit; Istitis enim non consistentibus, inanis erit à me suscipienda opera. Quare in modum quæstionum, ad discutienda hæc obstacula; initio, antequam ad quæstionem veniam ipsam principalem, de istis præmittam. Et primum Quæro, nunquid probent hæc exemptiones Documentorum? Respondeo, non valere confirmationem, in qua res confirmata exprimitur, etiam à Principe ipso, factam, nisi citatio Partis præcedat confirmationem, vt per *Abbat. & DD. in s. venerabilis. de conf. util. & inu- tit.*

rit. sed hæc procedunt in Instrumentis, secus in priuile-
 giis, vel renouatione priuilegiorum, quam Papa vel
 Princeps facit, etiam partibus non vocatis, quia valet
 tunc Exemplatio, & probat facta, etiam partibus non
 citatis, vt probat Decius *in d. c. venerabilis in fin. not. Abbas*
in c. ex parte. not. 3. de priuilegijs; asserens, non opus esse Ci-
 tatione, vbi fit renouatio ab illo, qui possit principale
 priuilegium concedere. Ad quod facit, quod Philippus
 Decius *in auth. si quis in aliquo. C. de Edendo n. 12.* tradit; si vi-
 delicet Papa vel Princeps mandet, vt Exemplo fides ad-
 hibeatur, perindè esse, ac si pars fuerit præsens: Nam &
 id considerandum puto, ea iura loqui, quando de iure
 tertij agitur, id quod hic dici non potest, cum non con-
 tra tertium, sed contra ipsum Imperatorem, & eos, qui
 dederunt exemplum, videlicet Status ipsos (si verbis Im-
 peratoris fides adhibenda) quorum consensu factum
 hoc esse debet, agatur; sed probat exemplum, quando a-
 gitur contra eum, qui illud dedit, & præsertim contra
 Fiscum. Decius *ibid. num. 27.* & probat contra Exempla-
 rem, qui signum in eo apposuit, quia videtur approbasse
 contenta in eo. *Bart. in l. 2. §. si dubitet. in fin. ff. quemadmodum. tes-
 tam. aperiant.* Imò si ageretur hic contra tertium, & nõ de
 priuilegijs, sed aliis instrumentis, quamuis eo casu Prin-
 ceptus ordinaria potestate non posset efficere, vt, in præiu-
 dicium tertij, exemplo fides daretur, posset tamen abso-
 luta, aut etiam ordinaria cum causa, cum valeat etiam
 consuetudo vel statutum, quod priuatæ scripturæ tri-
 buit authoritatem, *c. cum dilectus. de fid. instrum.* Ita Nico-
 laus Pius *relatus in addit. ad Rom. sing. 716.* & in dubio præ-
 sumitur Princeps motus esse ex iusta causa. *Cynus in l. 1.
 frui. C. de precib. Imp. offer. Crauetta cons. 100. n. 13.* qui latissi-
 mè probat, in Principe præsumi iustam causam, dum in-
 fert præiudicium alicui, aut reuocat quod concessit, *n.*

N. 98.
 Exempla-
 tio priuile-
 giorum,
 partibus
 non citatis
 valet.

N. 99.
 Si Princeps
 mandet
 exemplo
 fides adhi-
 benda.

N. 100.
 Exemplum
 valet con-
 tra eum,
 qui illud
 dedit.

N. 101.
 Princeps, vt
 exēplo fi-
 des detur
 absoluta &
 ordinaria
 cum causa
 potestate
 efficere po-
 test.

N. 102.
 Princeps in
 dubio præ-
 sumitur
 motus
 ex iusta
 causa.

14. & , nostro casu, iusta causa in Friderici priuilegio expressa est; videlicet Originalia, in bello & aliàs igne, consumpta esse, & iustā causam esse, vt Imperator ordinaria potestate statuere possit, exēplis credendū; probatur per DD. in d. *auth. si quis in aliquo*. Et quāuis Principis assertio, de facto alieno, non plenā inducat probationem, tamen eiusmodi p̄sumptionem inducit, quæ, onus probandi contrarium, transferat in Aduersarium, prout probatur per Crauet. in tractatu de antiq Temp. sect. 1. n. 14. iunctis iis, quæ dicit sect. 2. n. 3. & 13. Nō est opus, vt in scripturā Principis inseratur scriptura, de qua facit mentionem; quia facit fidem de alia, ad quam se refert, etiamsi non producat, & ideo si confirmet priuilegia, aliàs à se data, illa priuilegia, quoad originalia non producantur, probantur data, quia qui confirmat priuilegia, potestatem habet de nouo dandi. Decius in d. *auth. si quis in aliquo. nu. 3.* sed nostro casu adiunctam esse istam clausulam, vt ea, quæ continētur in prioribus Exemplatis priuilegiis, non modò confirmata, sed & de nouo data sint; ex priuilegiis ipsis constat. Item quæ & illud Friderici est, vt libris antiquis, Mann: vnd Lehnbüchern/ habeatur fides plena, ea quæ concessa cum plenitudine potestatis, cum certa scientia, clausulis non obstantibus, & suppletionē defectus, cum consensu Procerum, & similibus; Principem verò, vt dixi, posse, de potestate absoluta, statuere, vt exemplo credatur, vel exindè etiam patet, quod vt exemplo non credatur, videatur de iure positiuo, quod ius Princeps tollere potest; cū & consuetudine introduci possit quemadmodum Decius affirmat in c. 10. de fide instrum. n. 3. per illum textum; qui voluit, exemplo sumpto, de mandato Papæ credatur. Quod & Felin. ibid. n. 1. & Iason. in d. *auth. num. 8.* comprobant. Ad quod & 4. facit, quod vbi Princeps asserit, de facto sui genitoris, imò etiam de facto suo-

N. 103.
Assertio
Principis
transfert
onus pro-
bandi in
aduersariū.

N. 104.
Confirmas
priuilegia
habet po-
testatem
de nouo
dandi.

N. 105.
In nostro
casu clau-
sulæ plenif-
simæ adie-
ctæ sunt.

N. 106.
Ius positi-
uum Prin-
ceps tollere
potest.

M. 107.
Principi
asserenti
de facto sui
Genitoris
Randum.

Et suorum prædecessorum, adeò probat, vt non admit-
tatur probatio in contrarium, cum præsumatur infor-
matus ea asseruisse. *Crauet. in d. tract. de ant. temp. ubi supra*
nu. 12. & sect. in seq. nu. 12. Quinimò, etiamsi sint verba
Principis Enunciatiua de facto suo, aut prædecessorum,
seu maiorum suorum, si Princeps in iis fundet intentio-
nem suam, vt, quia illa narrata conferant ad id, quod
principaliter disponebatur per Principem, probant. Ita
est *textus, & ibi DD. præsertim Card. Zabarel. in Clem. 1. de*
prob. nu. 8. Idem probatur per *Alex. cons. 15. nu. 2. lib. 5. Cra-*
uett. d. sect. 2. nu. 16. qui eius fundari intentionem tum de-
monstrat, quando narrata se habent per modum causæ
ad id, quod in litteris continetur, vel quando sunt ne-
cessaria, & conferunt ad id, de quo agitur, aut super quo
enunciatur. 6. Fiscalis non modò hæc exemplata docu-
menta non impugnat, sed alicubi & probat, & prorsus
similibus vtitur probationibus, cum & is à Maximiliano
& Carolo exemplata priuilegia producat, & sic duabus
rationibus contra eum valeant, i. quia eo, quo vtitur, iu-
re, aduersarium vti concedere debeat, per tit. *Quod quis-*
que iuris in alium, &c. 2. quod exempla probent, si non op-
ponatur à parte, nedum quando consentit. *Decius in d.*
auth. si quis in aliquo nu. 27. Etsi enim consensus Partis non
potest facere, quod Exemplum probet, tamen illi statuitur
in præiudicium Partis, vt *ibidem.*

Quod tandem vltimò attinet ad scripturas, in priuile-
giis non exemplatis, sed libro illo antiquo, *Mannbüch*
comprehensas, præter superiora, iuris est statutum, vel
priuilegium, quod dat plenam fidem scripturis priuatis
Christianorum, valere, vt probat *Crauet. d. loco, sect. am-*
pliatur. nu. 28. fol. 42. Alex. cons. 170 lib. 7. nu. 10. & cum pri-
uilegium Friderici Tertij Romanorum Imperatoris
comprobatum, de nouo expressè datum à Carolo, his

N

libris

N. 108.
Principis
verba e-
nunciatiua
de facto
suo &c.
probant.

N. 109.
Fiscalis no-
stro in ca-
su, docu-
mentis ex-
emplatis
non con-
tradixit.
N. 110.
Exemplum
probat par-
te non op-
ponente.

N. 111.
Priuilegiis
non exem-
platis, sed
libro anti-
quo, *Mann-*
büch com-
prehensis
plena fides
danda.

libris fidem tribuendam velit, comprobatumque sit à testibus, esse hunc semper, pro libro antiquo & fide digno, habitum, nec à Fiscali negatum, non video, quominus ei fides adhiberi possit.

N. 112.
 Questio II.
 An ipsa
 confessio
 Archiepi,
 qua fatetur,
 se Regalia
 conferre
 Abbati, nō
 suo, sed
 Imperato-
 ris nomine
 &c. Ipsi
 præiudicet:

N. 113.
 Directum
 Monasterij
 Dominiū
 ad Impe-
 rium, vtile
 ad Archie-
 piscopum
 pertinet.

N. 114.
 Dominiū
 duplex di-
 rectum &
 vtile.

N. 115.
 Dux in suo
 Ducatu lo-
 co Princi-
 pis.

N. 116.
 Et Præsidis
 est.

Iam 2. quæstio, quam præmittendam duxi, mihi discutienda erit, qua videndum; *an ipsa confessio Archiepiscopi, qua fatetur, se Regalia conferre Abbati, non suo, sed Imperatoris, nomine; Item, quod membrum Imperij sit, an ista confessio sit contraria dominio & proprietati, tum & possessioni Monasterij, quã prætendit Archiepiscopus prædictus, ut si ante dominium cum possessione aut alterutrum horum habuerit, ut per hoc abdicatum à se videri debeat?* id enim si ita sit, frustra à nobis suscipitur labor. Ego puto hoc ita posse distingui, ut simul consistere possint, nec priuilegia antiqua nouis repugnare, ut si quoad dominium & proprietatem verum sit; Imperij esse Monasterium cum Regalibus, iuribus, esse que omnia temporalia Imperij feuda, & sic directo dominio ad Imperium pertinere; vtili verò ad ipsum Archiepiscopum Treuiren: quemadmodum omnes Ducatus, Comitatus, & membra alia Imperii sunt Imperatoris cum Regalibus, iuribus, feudis, quæ tamen, quoad vtile dominium, sunt Principum, Comitum, & Vassallorum; Est enim distinctum dominium in directum, vtile & quasi dominium. *Iason in §. sed ista. Inst. de action. n. 56.* quilibet enim Dux in suo Ducatu est loco Principis, iuxta not. *per Cynum in l. ea lege. C. de condict. Henricus conf. 3. vol. 3. de iure Ciuic. nu. 4.* & quando Duces, Comites, Barones recognoscunt alium superiorem, tunc sunt loco Præsidis, latè *Iason in d. §. sed ista. nu. 31.* & sic alieno nomine Ducatus aut Comitatus tenetur, Imperatoris scilicet; nihilominus tamen dicitur esse suus Ducatus, & omnia emolumenta capit is, qui est loco præsidis, ut videmus quotidie per totum Imperium fieri: Id que intelligitur, quoad vtile do-

le dominium, saluo remanente dominio directo Principis, cuius nomine hoc fit, quicquid enim eiusmodi Principes possunt, faciunt autoritate Principis, qui illis hanc potestatem concessit. *Bart. in l. relegati. ff. de pœnis. n. 4.* Et quod Præses nomine & vice Principis omnia facit, & eius officio fungatur, est text. *in l. sed licet. ff. de offic. Præs. id.* Sequitur ergo posse aliquem nomine alterius aliquid facere, cuius tamen utilitas & dominium utile, suum sit; Ad quæ confirmanda faciunt, quæ eleganter à *Bart. tractantur in l. hostes. n. 30. & aliquot seqq. ff. de capt. & postlim. reuers.* quibus probat, etiam eos pertinere ad Imperium, qui privilegio & præscriptione se ab eo exemerunt. 2. facit ad confirmationem huius rei, quod inter Partes convenit, asserente Reo, & acceptante Fiscali, ut res ipsa declarat, Archiepiscopum esse perpetuum Imperatoris Vicarium, sed Vicarius, ut vicem gerens, dicitur is, qui vices alterius gerit & ministrat, sed alterius vice. *Curt. in Clem. 1. de offic. Vica. q. 2.* Qui Vicarius, si constituitur à lege vel superiore, dicitur Ordinarius, & Ordinariam iurisdictionem habet, præsertim si à superiore constituitur. *Alex. in rubr. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. nu. 12. & 17.* ubi quoque eum Vicarium esse ait, qui loco est Principis, & hunc non esse delegatum, sed ordinarium. Sed iam Ego ex his sic infero; Ordinarius eiusmodi habet propriam Iurisdictionem, & iure suo (etiamsi ab alio concessam) etiam exequitur, cum delegatus nihil habeat proprii, *l. more. ff. de iurisd. omn. iud.* qui enim constitutus est à Superiore, potest omnia facere, quæ poterat ille, in cuius locum substituitur. *Marant. dist. iud. 5. nu. 20.* Ex quo rursus sequitur, non esse contrarium, nomine alieno, a deo que Imperatoris, aliquid exercere & facere posse; cum tamen hoc, quod suum sit, & sic habere possit id, quod nomine alieno agit, ut in iurisdictione, quæ nomine Imperato-

N. 117.
Principes
quicquid
faciunt,
nomine
Imperato-
ris faciunt.

N. 118.
Exempti
præscrip-
tione ab
Imperio,
ad illud
pertinent.

N. 119.
Vicarius
quis?

N. 120.
Vicarius à
lege vel su-
periore cō-
stitutus or-
dinariam
habet pote-
statem.

N. 121.
Procurator
in rem suā
habet utile
& directū
dominiū.

N. 122.
Episcopus
& Præla-
tus Ecce-
siasticarum
rerum est
procurator
& potest
rei vendi-
cationem
intentare.

N. 123.
Imperato-
ris nomine
aliquid cō-
ferens, ius

ris à Vicario exercetur, cum sua tamen propria sit, vt malè inferri videatur; alieno nomine agit, ergò nihil habet in re, quod agit, proprij. 3. Procurator est is, qui aliena negotia mandato, & sic nomine Domini ministrat, *l. 1. ff. de procur. cum iis quæ tradit Spec. in tit. de his qui alieno nomine inter.* Sed Procurator in rem suā est persona, quæ alieno nomine interuenit, & eiusmodi Procurator in rem suam habet utile & directum dominium: Probatur per *Specul. vbi supra in prin. & in §. sequitur videre cuius est &c.* De Procuratore in rem suam est text. in *l. seruum quoq. in fine. ff. de procurat.* qui utiles habet actiones suo, sed Domini nomine, directas. *Bart. in d. l. 1. ff. de procurat.* Sequitur ergo rursus, posse quem alieno nomine quid habere & exercere, quod suum est, quoad ius vtilis domini & possessionis. 4. facit hoc planum; quod Episcopus & quilibet Prælati Ecclesiasticarum rerum est Procurator, sunt verba textus in *c. 2. de donat.* sed isti, etsi Domini non sint, habentur tamen loco domini. *l. qui fundum. ff. de contrah. empt.* & possunt nomine Ecclesiæ rei vendicationem intentare *causa. 13. q. 2.* cum alioquin nisi rem suam nemo vindicare possit, *l. 1. ff. de rei vend.* vti hæc tractantur ab Archiepiscopo in *can. fin. c. 12. quest. 1.* licet enim ipsi Prælati non sint veri Domini rerum Ecclesiæ, tamen sunt quodammodo usufructuarii, & ideo sunt Domini illius iuris; sic quoque quilibet Administrator, qui est persona alieno nomine interueniens, *Specul. vbi supra. §. 1.* Et pater est legitimus Administrator filii sui, *l. 1. Cod. de bonis matern.* prout hæc probantur per *Bart. in d. l. 1. de procur. nu. 6.* habetque pater vsumfructum & omnimodam administrationem in ea, omniaque agere, ac si Dominus solidus & perfectus sit, potest, vt in *d. l. 1.* Ex quo rursus patet, non probare hoc esse, quod aliquando contingit abesse, nec ista esse contraria, nec sequitur necessario, Impe-

Imperatoris nomine confert aliquid, Ergò Collator nihil iuris aut domini sui seu possessionis habet in re collata; & præterquam, quod expressè patet, hunc esse eiusmodi Vicarium; & partes hæc non negent, tamen & ex eo patet, quod sit perpetuus, & nunquã extinguitur, sed tales sunt Ordinarii. *Paror. inc. relatum. de offic. deleg. in 6. sed puto, sufficere probatum, posse quenquam rem alterius autoritate & nomine exercere, quod suum, quoad dominium utile sit, aut in quo ius & possessionem habeat.*

5. Potest esse Status Imperii, & non Imperio immediatè contribuere, & in aliorum Statuum contributione siue *Anschlagen* esse, vt aperte dicit Cõstitutio in §. vnd alij c. & sic patet, Statum Imperij alteri posse esse subiectum.

6. Dominus feudi aut Princeps potest aliquem infeudare, infeudator rursus alium super eadem re, nihilominus tamen vterque manet Dominus, & res dicitur esse vtriusque; vt is vasallus, posterior verò dicatur Vasallus Vasalli mei; meus est Vasallus; quia res à primo domino descendit, alioquin si non sit eadem res, Vasalli mei Vasallus meus non est. Pulcherrimè hæc tractantur per *Matt. de Afflict. inc. Imperium. §. iterum quoque. nu. 7. de prob. feudi. alien.* Sic quoque & hic non obstat infeudatio, quo minus vterque possit dici, ad Archiepiscopum pertinere.

Quoad aliam Confessionem, quod videlicet membrum insigne Imperii sit; nec hoc impedit, quò minus hic utile habeat dominium, & alia iura, manere enim insigne membrum Imperii potest, habens tamen officiarium, Præsidem, & Vicarium perpetuum; Imò Archiepatus Treuirensis: aut Colonienis: nonne membra Imperii sunt? & tamen habent suos Principes, qui loco Præsidis, vt dixi, sunt, quibus loco Principis paratur. An quoque non Imperator, præsertim consentiente membro aliquo, posset propter intercapedinem & distantiam locorum,

aut domini sui, seu possessionis in re collata habere potest.

N. 124.
Status Imperij alteri Statui subiectus esse potest.

N. 125.
Subinfeudatio dominium non tollit.

N. 126.
Nihil impedit Dominium Archiepiscopi, quo minus Monasterium dicatur insigne membrum Imperij.

N. 127.
Imperator vicegerentem constituit.

mere potest.

N. 128.
Exempla
referuntur.

N. 129.
Vasallus
potest ha-
bere alium
Vasallum
Eiusdem
rei absque
læsione
prioris do-
mini.

N. 130.
Quo re-
spectu Mo-
nasterium
dicatur in-
signe Im-
perij mem-
brum.

N. 131.
Elifio Fis-
calis actio-
nis variis
modis fieri
potest.

rum, quod membro præsit, constituere Præsidentem, Vicegerentem & Vicarium? Annón huic omnes vtilitates, quas ipse habet, concedere potest, vt nihilominus maneat membrum insigne Imperii, subalternum tamen? Quid ergò dicemus de Hagenoa Landts Vogtey? Item Prumiensi & Epternacensi Monasteriis? cuius videlicet Prumiensis omne ius, possessio, fructus, & commoditas, sub sola facultate inuestiendi, vt ex Fiscalis exhibita copia clarè constat, translatum est in prædictum Archiepiscopum, cum non minus Regalia, quam hic nomine Imperatoris Archiepiscopus conferat. Res est clara, quemadmodum enim Vasallus Domini potest habere alium Vasallum eiusdem Rei, vt sic prior Dominus, tamen æquè sit Dominus Vasalli posterioris, ac posterior, qui tamen omnes fructus capit, vt latè & pulchrè tractat *Matth. de Afflict. in c. Imperialem. §. illud quoque. n. 2. de prob. feud. alien.* Sic Imperator & Archiepiscopus possunt simili prorsus modo esse Domini eiusdem Rei, & quilibet dicere suum esse statum, vt ibidem per illum latius tractatur. Ex quibus concludo, posse simul stare, vt Archiepiscopus nomine & auctoritate Imperatoris conferat iura, feuda, & Regalia dicti Monasterii, Abbati. Item quod insigne sit membrum Imperii, & quod nihilominus commoditas & vtilitas pertineat ad Episcopum, vnà cum vtili dominio & possessione, posseque eum commoda Monasterii accipere, in suam vtilitatem, nomine & auctoritate Principis, seu Imperatoris, prout quilibet Prælatus nomine & auctoritate Ecclesiæ.

His sic præmissis, videbo an elifio? Elifio fieri variis modis potest, probando videlicet Statum sibi esse subiectum; quod ad suam Contributionem seu Anschlag pertinuerit; sit contra Imperii Anschlag priuilegiatus; aut quod præscripserit contra Imperii Anschlag; Aut quod per modum Contractus ad alios Status venerit, vt in §.

Die

Diemeil. & §. Vnd soll. & §. Wan auch, quorum vno probato elisa videtur intentio Fiscalis, & reiicitur onus probandi, quod scilicet Status in Imperii communibus & non priuilegiatis Contributionibus, ab hominum memoria vel semel contribuerit, in Fiscalem, vt apertè dicitur in §. dicto Wan auch, tamen si mea opinione ista probatio, si semel contribuerit in non priuilegiatis, non nisi eo casu locū habeat, quādo sola possessio libertatis probata est; videlicet si probaretur Exemptus, Eximenti absque medio subiectus, nec votum, nec sessionem in Conuentibus Imperii habere, nec feuda; nam eo solo casu posset hæc probatio admitti, aut si controuersia sit inter Eximentem & Exemptum, an cum vel absque onere ad eum pertinere debeat, in quo casu loquitur §. Hette aber. vt ex præcedentibus duobus §§. proximis apparet, de qua tamen re iam non multum laboro; sed indagabo, quid hic probatum sit.

Statum hunc ad Imperium non pertinere, supra probatum esse dixi, sed ad Archiepū, iure dominiū vel quasi, cū iure fiscali, & omni iure, quod Imperatores in eo ipsi visi sunt habere, pertinere, ex antiquis & omnibus Priuilegiis ab Archiepō productis, videlicet Pipini, confirmata à Carolo Magno Imperatore, & Conrado Rege, quo tam Caroli quam Pipini confirmata, quod quoque omne ius & vsus, quem hæctenus habere visus est, is & sui Prædecessores vnà eum possessione in Archiepū prædictum transtulit, quæ Conradi priuilegia, rursus à Friderico Barbarossa Anno 1157. & hoc Barbarossæ à Maximiliano & Carolo V. confirmatur & exemplatur, luculenter constat. Ad quod quoque facit Caroli IV. priuilegium, quo proprietatem seu quasi dominiū prædicti Monasterii, possessionem vel quasi, quod tunc (vt ait) tenuit, innouat, approbat, & ex certa scientia,

N. 132.
Vno probato onus probandi reiicitur in Fiscale.

N. 133.
Probatio, si semel contribuerit in non priuilegiatis quando locū habeat.

N. 134.
Monasterium ad Archiepiscopum pertinere iure dominiū vel quasi, eum iure fiscali & omni iure, probatur ex priuilegiis Regum & Imperatorum.

tia, cum potestatis plenitudine, priorum Regum Priuilegia & Indulta confirmat, de Anno 1376. quæ Priuilegia de vno ad aliud se referunt, & priora à posterioribus confirmantur, & tandem amplissimis verbis à Maximiliano I. & Carolo V. Imperatoribus, non modò confirmantur, exemplantur; *sed & omnes defectus, cum certa scientia expressione, plenitudine potestatis, non obstantibus &c.* suppleantur; imò priora priuilegia de nouo cum consilio Procerum iisdem verbis, quibus antiqua, conceduntur.

N. 135.
Imperatores non presumunt sibi contrariari in documentis priuilegiorum.

Quia ergò nullo modo præsumendum; Imperatores sibi ipsi contrariari, præsertim in iisdem litteris; cum & Maximilianus I. & Carolus V. eodem Documento, quo inserta sunt prædicta priuilegia, quibus ius Imperatorum translatum esse dicitur ad Archiep̄m, quæ de verbo ad verbum confirmant, & aliud insertum Maximiliani, quo ius infeudandi Abbatem Archiep̄o perpetuò tribuit, insertum reperitur; necessariò sequitur, non ea in Inuestitura cum voluisse hoc Archiep̄o adimere, quod aperte confirmando, eum habuisse testatus est; sed potius voluisse censendus est, eum hoc suo nomine habere, eumq; Imperatoris Vicarium esse.

N. 136.
Maximilianus I. nihil de nouo tribuit, sed Archiep̄m semper ita habuisse testatur.

N. 137.
Verba in omni actu per distinctiones iurari debent, ne

Nec hoc ei de nouo tribuit, sed expressè attestatur, sic semper & eo modo hoc eum habuisse; Non ergò dubium est, quin Archiep̄s semper Cœnobium, iure domini, habuerit, sed utilis, non directi; Item tanquam Vicarius, quod, ex antiquis Priuilegiis, obscurum esse potuit, *cum omni iure, quod in eo habuerunt Imperatores, etiam iure fisci,* vt sunt clara verba; Alioquin, quis tam sit lippis oculis, qui non videat, si aliter capi debeant, aperte hæc verba sibi contrariari? Cum Imperatores prædicti ambo, quilibet in vno eodemq; Documento, vterque priuilegia, tam sua, quam antiqua, confirmet; sed verba siue sint in contractibus, siue testamentis, siue statutis, in iuramentis,

tis, in testibus, in legibus, in instrumentis, & in summa, in omnibus & quibuscunque dispositionibus, semper iuari debent per distinctiones, ne ullam contrarietatem contineant, *Iason latè in l. 1. nu. 8. & ibi Alex. num. 3. ff. ne quis eum qui in ius voc. pulcrè Iason in l. cum falsa. C. de Iur. & fact. ignor. n. 4.* addens contrarietatem, quæ in actis seu processu reperitur, ad concordiam reduci debere, quantum sit possibile, reducendo priora ad vltima, quod & in instrumentis faciendum, similiter & contractibus, & aliis. *Idem probat ibid. & Baldus in l. scriptura. ad fin. C. de fid. instru.* Et latè hoc idem probatur per *Phil. Decium in conf. 619. incip. licet in casu. nu. 5.* qui in omnibus dispositionibus locum habere, vt per distinctionem remoueat contrarietas, ait, & propterea statuta posteriora, per priora concordanda; Et *Alex. conf. 141. viso testamento. nu. 5. lib. 2.* dicit; in omnibus dispositionibus, per distinctiones & subdistinctiones, à contrarietate, saluandam concordiam. *Idem per Decium in l. si idem cū eodem. in s. fin. n. 9. ff. de iuris d. omn. iud.* Vbi etiam vult; relationem sic fieri debere, vt contrarietas euitetur; Et in *l. fin. nu. 4. C. de bon. poss.* Vbi ait; actum præsumi multiplicatum, vitandæ contrarietatis causa, latè *ibid. in l. fin. n. 1. 2. 3. C. de Edendo, in l. ubi repugnantia. n. 4. ff. de reg. Iuris,* quibus in locis hoc nō solum in omnibus dispositionibus, sed & in Inuestitura, & aliis in specie ab eo enumeratis, locum habere probat.

Quod verò hæc facultas inuestiendi sic capienda, quod Imperator noluerit Archiepō, per concessionem inuestiendi, ius ab antiquis Imperatoribus datum, auferre, sed potius confirmare, præter alia puto ex ipsa concessione apertè liquere. 1. Quia coniungit ius inuestiendi Monasterii Maximini & Prumiens: sed clarum est ex ipsis litteris, à Fiscali productis, Prumiense, & Epternacense ius inuestiendi non esse nudum, sed cum omni

N. 138.
 Imperator
 rem volu-
 isse per cō-
 cessionem
 inuestiendi
 ius, ab An-
 tecessori-
 bus datum
 confirmare
 probatur.

iure;

N. 139.
Ex coniun-
tione iuris
inuestiendi
Monasterij
Maximini
& Prumi-
ensis.

iure, quod habet Imperator, translatum, & sic pariter indistinctè fit hic concessio copulatiua, absque vlla exceptione, sed copula inducit æqualitatem. *Bald. in l. 2. C. de impub. & alijs subst.* Item restringit copulata ad vniformem interpretationem, non ad difformem; *l. quamuis & ibi Bart. C. d. tit.* Quare, in quem finem produxerit Fiscalis hoc scriptum de Monasterijs Epternacè: & Prumiè: ego non video, cum potius contra eum, quam pro eo, facere videatur; si enim ista Monasteria habet Archieps, vel potius ius infeudandi de Regalibus cum eorum iuribus, honoribus, & pertinentiis vniuersis, nec non seruitiis & oneribus (vt sonant verba priuilegij) ab Imperatore, & hoc idem infeudandi ius copulatiuè conceditur, & copulata nequeant difformem intellectum seducere, quod in vno & altero iuris sit, sequitur & eodem iure infeudationem Maximini concessam. Ad quod sane multum facit, quod iisdem pœnè verbis vsus est, in concessione sua infeudandi, quibus Ludouicus vsus est in concessione iuris infeudandi Prumiè: & Epternacè: Monasteriorum, vt iam dicam.

N. 140.
Ex verbis
concessio-
nis Impera-
toris
claris.

2. Puto verba Concessionis etiam esse clara, & mentem Imperatoris apertè declarare; sic enim habent; *Comitatus, Dominia, Castra, Curias, & ius inuestiendi, prædictis cum aduocatiis, Iurisdictionibus, altis & bassis dominijs, Iuribus, bonis, & alijs eorum pertinentiis, vniuersis & singulis, ipsius Ecclesia Treuire: fuisse & esse decernimus &c.* Hic clarè patet, non nudum ius inuestiendi; sed ipsum ius cum aduocacia, iurisdictionibus, altis & bassis dominijs, iuribus, & bonis, & alijs eorum pertinentiis. Non igitur simpliciter dicunt Imp: se ius inuestiendi concedere, sed & cum prædictis iuribus omnibus, quod ius declarant, ante Archiepiscopos in eo habuisse, vt habet priuilegium Maximiliani I. Imperat. datum 1. Iulij anno 1495. cui consonat 15. Iulij eodem anno datum, idque cum *Statuum consensu;*
quod

N. 141.
Extractus
priuilegij
Maximi-
liani I. de
anno 1495.

quo Regalia ac feuda & alia iura, Abbati pro tempore Monasterij Maximini, perpetuo conferendi, illumq; inuestiendi, cum omnibus & singulis huiusmodi Comitatum, Dominiorum, omniumq; & singulorum premissorum districtibus, dominiis, honoribus, & praeminentiis, oneribus, iuribus, consuetudinibus, obseruantis, pertinentiis, & attinentiis quibuscunque, mero quoque & mixto Imperiis, ac etiam exercitio Iurisdictionis specialis, sicut eadem, bona memoria sui praedecessores Episcopi Treuirenses, haecenus habuerunt & possederunt, seu ipse Ioannes habuit & possedit, seu habet & possidet, contulimus, conferimus ac inuestimus; prout haec omnia amplissimis verbis à Carolo V. reperiuntur confirmata. Ex quibus patet, non nudam facultatem inuestiendi datam, sed & omne ius, quod de antiquo Archiepiscopus habuit, confirmatum, merum & mixtum Imperium, districtus, & alia supra enumerata. 2. colligitur, nil noui datum, sed quod de antiquo habuit collatum, cum alto & basso dominio, prout antiqui Impp. in eum contulerunt; & quia constat, omne ius, quod Imperator in id Monasterium habuit, Archiepiscopum olim habuisse, & Imperator hac concessione, quod olim habuit, seu habere deberet, confirmat; Igitur & hoc ius non auferre, sed confirmare voluisse censendus est. Et nè fortè quis putet, ea non de facultate inuestiendi, aut monasterio, intelligenda, in ultimo Priuilegio (nam in priori sunt clara verba, statim enim iuri inuestiendi haec adduntur) addit clausulam, cum omnibus & singulis huiusmodi Comitatum, Dominiorum, omniumq; & singulorum premissorum districtibus, dominiis, iuribus quibuscunque & qualibuscunque, mero quoque & mixto Imperiis. Ex quibus patet, cum & ius inuestiendi Abbatem Monasterij vnum sit de praemissis, omne ius, merum quoque & mixtum Imperium, & alia enumerata esse concessa, alioquin de omnibus & singulis hoc non posset intelligi, debet

N. 142.

Quæ Carolus V. confirmat.

N. 143.

Imperatores iam dicitur nihil noui dederunt, hinc auferre aliquid voluisse non censetur.

N. 144.

Extractus ultimi priuilegij.

debet ergò de omnibus rebus adiunctis intelligi, cum distinctè loquatur Imperator de singulis & vniuersis, vt intelligatur Archiepiscopus habere ius conferendi Regalia, feuda Monasterij, cum dominio, honore, onere, præeminentia, Iure, pertinentiis, mero & mixto Imperio &c. prout in aliis suis Comitatus & dominiis habet. Et hoc præterea omnia verba in primo Maximiliani I. priuilegio inserta; Vbi cum omnia ea recensuisset in specie, quibus inuestiuisset dictum Archiepiscopum; inter quæ & ius inuestiendi dictum Monasterium S. Maximini de specialibus, vt ostenderet de omnibus pertinentiis eum loqui, addidit particulas, *quos, quas, vel quæ,* & verbo inuestiendi addidit statim, *cum advocatis iurisdictionibus, altis & bassis &c.* Et hanc Imperatoris fuisse mentem etiam ex eo constat, quod scilicet antiqua priuilegia reiicit, quorum scientiam eum habuisse ex Exemplatione constat, & alioqui, vt probaui, præsumitur.

N. 145.
Maximilianus I.
vt prædicta
omnia intelli-
geret, addidit
particulas,
quos, quas,
vel quæ.

N. 146.
Maximilianus & Carolus V. nõ
solum antiqua pri-
uilegia confirmarunt,
sed de nouo dederunt.

Quia ergò Impp. Maximil: & Carolus, vno eodemque volumine, hoc ius inuestiendi, cum aliis iuribus, Archiepiscopo dederunt, in quo & vnà, antiqua priuilegia, omnia & singula, & eorum quodlibet in solidum (vt verba se habent) non solum confirmarunt; sed de verbo ad verbum de nouo dant, *cum consensu Principum & Magnatum Imperij,* grata & rata habent, cum omni eorum effectu, in singulis articulis atque punctis, approbant, ratificant, & cum certa scientia confirmant, & sub eorum tenore de nouo concedunt; certè non dubium est, nisi hac distinctione hæc saluentur, quin contraria sint. Quia verò Impp. antiqua Priuilegia in omnibus punctis salua esse & stare volunt, & si aliter est; vt supra dictum est, hoc fieri non possit; si verò sic intelligantur, optimè possit; Ergò sic necessariò intelligenda puto.

Ad quod facit 2. quod primæ conuentioni nunquam dero-

derogetur, nisi expressum hoc sit. *Decius d. conf. 619. nu. 4.* qui multa allegat iura: Sed istis antiquis conventionibus non modò expressè non derogatum inuenitur, sed expressè, in omnibus articulis; confirmantur.

3: Si ita non intelligerentur hæc, sequeretur absurdum; confirmaret enim contraria suorum, quæ dedisset, quæque simul stare non possent: sed maximi ponderis argumentum ab absurdo latè tractat *Euerhard. eo loco.*

4. Verba ista, in antiquis priuilegiis nouis inserta, cum omni iure, quod habere visi sumus in eo, item omni iure dominiij vel quasi, cum similibus, essent de nihilo; cum tamè quodlibet, etiam minimum verbum, ita interpretari debeat, vt operetur; quod tamen verum est, quatenus hoc fit in fauorem eius, pro quo appositum fuit. *Decius conf. 232. nu. 8.* nec minimum verbum debet in Instrumento esse superfluum. *Idem in conf. 25. nu. 3.*

Facit 5. quod beneficia Principum latissimè sint interpretanda, & contra ipsum Principem. *Iason in l. serui electione. §. Labeo. ff. de leg. 1. n. 6. l. quo minus. ff. de sum. n. 126.* Et in specie, nostro casu, pro Archiepiscopo deberet latissimam fieri interpretationem, iubet *Canolet. 4. in suo priuilegio.* Ad quod facit; quod si Princeps alicui concedit rem aliquam, intelligatur cum omni iure, pertinentiis & fructibus; *text. in l. si quando. C. de bon. vacant. & ibi Baro. Alex. & DD.* & si concedit castrum, intelligitur etiam omnem iurisdictionem, pertinentias, & iura concedere; quoniam etiam eos redditus causarum tam civilium quam criminalium, quia beneficia Principum latissimè sunt interpretanda. *Iason. in l. beneficium nu. 8. de Constitut. Corset. sing. in verbo Princeps:* sic quoque si Princeps alicui concedit ius colligendi pedagium, non simpliciter officium colligendi, sed etiam, ipsum Pedagium, censetur concessisse, eadem ratione. *Iason. in l. item apud Labeonem. n. 8. ff. de iniur. ra-*

N. 147.
Prima cõ-
uentioni
nunquã
derogatur,
nisi expres-
sum sit.

N. 148.
Si prædicta
non ita in-
telligeren-
tur, absur-
dum se-
queretur.

N. 149.
Et verba
priuilegij
cum omni
iure &c. ef-
sent de ni-
hilo.

N. 150.
Beneficia
Principum
latissimè
interpretã-
da & con-
tra ipsum
Principem.

N. 151.
Princeps
concedens
rem ali-
quã, intel-
ligitur cum
omni iure.

N. 152.
Princeps
ius colligē-
di peda-
giũ, ipsum
pedagium
concessisse
censetur.

N. 153. Verba cum pertinentiis & iuribus suis, latissimam habent interpretationem.

lis enim concessio dicitur realis, vt *Idem* ait, & hoc tanto magis, cum adiunctum est verbum, *cum pertinentiis & iuribus suis*, quæ verba latissimam habent interpretationem, & censetur iis omne ius translatum. *Iason. in d. l. quo minus. nu. 122. & seqq. aliis*, ne quid dicam, cum Iurisdictione, mero & mixto Imperio &c. & sic, cum iure inuestiendi, omnis causa concessa vnà videatur. Nec obstare puto, si quis fortè dicat, absurdum fore, ex his sequi; si Imperator quoties alicui mandat, vt aliquem suo nomine inuestiat, censeatur continuò ei, omne ius & pertinentias eius iuris, concessisse: Cum longè alia ratio sit *mandantis, & beneficium dantis*, cum omni iure, altis & bassis dominiis &c. *præsertim perpetuo*; nam in hoc latissima, in isto verò Mandante, stricta fieri debet interpretatio; cum in mandato (cuius fines, diligenter gratuito obseruandi) de adiectionibus pertinentiarum aliorumq; nihil dicatur, quæ in beneficio expressè habentur.

N. 155. Verba priuilegij interpretari debent, ne priuilegiato noceant.

6. Verba priuilegij nunquam sic interpretari debent, vt priuilegiato noceant. *Decius. conf. 457. n. 13.* & ob id si statutum dicit; quod scholares tractentur vt ciues, in omnibus hoc statutum intelligitur, solum in fauorem scholarium, & ideò priuilegia, quæ habent, vltra ciues, scholares non amittunt. *Decius eod. conf. nu. 11.* Sed si Ep̄s nihil aliud haberet, nisi ius inuestiendi, noceret ei hoc priuilegium Maximiliani I. & onus potius, quam priuilegium; cum tamen, pro beneficio, non pro onere, hoc ei datum sit; & sic non contra Principem, sed contra Partem interpretaretur, contra ea, quæ supra dixi, & fieret, ex beneficio poena, & ex gratia, odium.

N. 157. Centenaria possessio vim tituli & priuilegij habet.

1. Puto hunc intellectum sumi, præter alia prædicta, ex antiquissima & immemoriali, imò centenaria possessione; quæ & vim tituli & priuilegij, ab Imperatore concessi, habet, *l. hoc iure. §. ductus. ff. de aqua quot. & asti.* cum tale

tale tempus æquipollet veritati, & vsus tanti temporis præsumatur iustus; habeatur pro titulo, nec opus est allegatione, vt per *Alex. cons. 6. n. 1. & 4.* & præsumptio, quæ ex ea oritur, sit iuris, & de iure, nec admittat probationem in cōtrarium: *Felin. in c. cum nobis. de præscript. n. 7.* si ergo veritati æquipollet; Ergo quæ sit veritas indicat; Item quale priuilegium; & quomodo capiendum, cum tale tempus probatum sit. Primò igitur de possessione, an probata sit; postea de tempore: Possessionem verò de præsentī, & ante litem cceptam, ad multos annos, probatam esse, non est dubium; Iuris enim est, quod probata obedientia possessio iuris adquiratur, præsertim si in faciendo consistit, cum non possit fieri citra nomen & ius subiectionis; Item & in omittendo, si Subditus concetur aliquid facere; & Superior ei vetuit, & desistit Subditus. *Bart. in l. si manifeste. C. de seruit. & ay.* Sed probatum est; Abbatem in comparendo in Conuentibus & aliis, semper fuisse obedientem, vt maior pars testium ad 3. 5. & 6. articulum defensioalem, clarissimè & optimis rationibus, probant. Et hæc sic vera esse *Bald. in l. data opera. n. 28. Cod. de accus.* vbi affirmat iurisdictionem probari, si quis probet, homines illius loci parere, mandatis obedire, tam in faciendo, quam in non faciendo; in faciendo tamen maiorem & pleniorē esse subiectionem.

2. Solutio tributi (non hic facio differentiam, inter ea, quæ ad Imperium, & ea, quæ ad Ep̄um, spectant, cum vtriusque eadem sit ratio) arguit subiectionem. *Panor. in c. olim. de censib.* Et quod, per solutionem pensionis & Collectarum, probetur subiectio, est textus luculentissimus in *c. 2. de censib.* ibi; *ideo tributa præstatis, quia hæc est probatio subiectionis &c.* sunt ipsa verba textus. *Bald. nil. solent. ff. de offic. procons.* & per solutionem census, castrum vel possessio fit de alicuius territorio; probatur per *Bald. &*

N. 158.
Centenaria
possessio
probata.

N. 159.
Probata o-
bedientia,
possessio
iuris ad-
quiritur.

N. 160.
Probatum
est, Abba-
tem S. Ma-
ximini fu-
isse obedi-
entem iux-
ta depõsi-
tiones te-
stium.

N. 161.
Solutio
tributi ar-
guit subie-
ctionem.

N. 162. *Quæ sic probata est.* Angel. in l. 3. Cod. de natural. liber. Bald. in d. l. data opera. n. 28. vers. bonæ. non si dicat, vidimus soluere Collectas. Alex. cons. 35. lib. 4. n. 4. sed idem sic probatum est, per multos testes, binis rationibus, qui videlicet interfuerunt solutioni aliquoties, & viderunt, vt infra suo loco latius.

N. 163. *Subiectio probatur, si testes viderunt, quem se gessisse pro Domino vt notis casu.* 3. Probatur subiectio, si testes viderunt quem gessisse se pro domino, longo tempore. Bald. in d. l. data opera. §. Item quia, vbi supra: sed id testes ferè omnes, in suis dictis ad 5. articulum defensionalem attestantur, vbi dicunt; Abbatem semper habitum pro Prælato Treuirensi: sed etiam ad 3. quod Archiep̄o omnem obedientiam præstiterit.

N. 164. *Subiectio probatur per comparisonem in conuentibus.* 4. Probatur subiectio, respectu veniendi ad certam congregationem, vt si probetur talem pluries vocatum venisse. Panor. in c. dilectus. num. 8. de capel. Monach. Sed hoc probatum, satis liquidò apparet

N. 165. *Responsio ad objectionem.* Hisce contrarium non est, quod plures actus non videntur attestati ab ipsis, quia non requiritur pluralitas actuum in probanda possessione hac, sed vnus aut alter sufficit: Probatur enim incorporalis possessio, per duos vel tres actus, in percipiendo consistentes, aut aliàs in facto. Bald. in c. 10. §. si verò Vasallus quid sit Inuest. Imò iurisdictionis possessio, si vnicus actus exercitatus probetur, probata est; apprehensa enim possessio in vno capitulo iurisdictionis, intelligitur apprehensa, & in omnibus aliis, modò hoc intendat apprehendens; quia omnia capitula iurisdictionis sunt contigua, & annexa. Ita

N. 166. *Incorporalis possessio per duos vel tres actus probatur.* Hostiensis in d. c. dilectus. de cap. monach. in verb. & possessorium. 2. col. & ibi Innoc. n. 7. Bart. in l. 1. §. si quis hoc interdictum. ff. de itin. actus priu. & exercens iurisdictionem in vno articulo, totam exercere videtur. Bart. in l. hostes. n. 4. & ibi Alex. ff. de capt. & postlim. reuers. & ideò necesse non est, in libello omnia exprimere exercitia iurisdictionis, sed sufficit aliqua exprimere, vt est textus, Panor. & DD. in d. c. dilectus.

N. 167. *Iurisdictionis possessio vnico actu exercitato probatur.*

Etus. Hinc est, quod ubi agitur de iurisdictione, in iure probanda, sufficiat testimonium diuersorum in specie. *Bald. in d. l. data. nu. 3. & 29.* Ex quibus sequitur; q̄ probato vno exercitio, siue hoc sit de conuentibus, vel quodcunque, sufficiat, nec opus sit reliqua probare; sic puto probatam esse possessionem de præsenti. Sed iam videndum, num quoque probata sit eiusmodi, cuius initii memoria non existat in contrarium. In probatione verò eius temporis, non requiritur tempus 100. annorum, quia diuersa sunt, tempus 100. annorum, & cuius memoria non existit. latè per *Crauet. de antiquit. temp. tract. sec. absolutis. à n. 5. vsq. ad n. 8. ubi hoc latissimè probat. fol. 174.* & sufficit testem ad præscriptionē tanti temporis, cuius initii memoria non existit, esse ætatis 54. annorum, vel saltem tãti temporis, quod possint deponere de visu 40. annorū *Crauet. ibi. n. 3. que confirmat n. 8. circa fin. Lanfr. in c. 1. de præscript. in 6. imò sufficit ætas 50. annorum. Paris. cons. 104. n. 124.* & debent testes deponere simpliciter, quod semper viderint & audiuerint; & non viderint, nec audiuerint contrarium, & de communi opinione, secundum *Gloss. in d. c. 1. de præscript. in 6.* Vbi forma traditur; quam *Glossam* communiter approbat *Balbus in tract. de præscript. 2. part. q. 6. nu. 24. Paris. d. cons. 104. n. 121.* quam conclusionem declarat *Balbus ibidem.* secundum *Ant. in c. quod si per. de verb. sign.* quod non requiratur, quod testes deponant de communi opinione & fama populi, sed sufficit, eos deponere de communi opinione & fama eorum, qui vero similiter scientiam talis rei habuerunt, vel scire potuerunt; Imò ad probandum eiusmodi sufficiunt testes de auditu auditus. *Decius cons. 148. n. 5. Speculat. de testib. §. nunc tractandum. DD. in c. licet ex quadam. de Testibus,* per illum textum, maximè *Felinus*, si alia concurrant in excedentibus memoriam hominum, præsertim in do-

N. 168.

Probato vno exercitio iurisdictionis, nõ opus est reliqua probare.

N. 169.

In probatione temporis, cuius memoria non existit, non requiruntur 100. anni.

N. 170.

Quales testes requirantur in eiusmodi probatione.

N. 171.

Quo modo deponere debeant.

N. 172.

Sufficiunt testes de auditu auditus.

miniis vniuersalibus, putà Regum, Baronum, & Ciuitatum, sufficere de auditu auditus testimonium, communem dicit *Felinus in c. veniens, il. 1. n. 16. de Testibus.*

N. 173.
Testes examinati dicunt Abbatem, pro Prælato Treuirensi habitum, obedientiã præstitisse, venisse ad congregationes, ipsosque contrarium nõ audiuisse.

Videamus ergò an hæc probata sint, & 1. primus *ad 5. art. defensioalem* dicit, vltra 50. annos pro Prælato Treuirensi habitum, & nominatum, nec contrarium audiuisse, 12^o. Testis sexagenarius, hũc, donec meminit, & vltra & infra 20. 30. 40. annos habitum pro Prælato Treuirensi: sed & de communi opinione & obedientia attestatur, *Das Er von meniglich vor ein Trierischer Prælat eracht vnd gehalten worden / & ad 6.* dicit, se hoc vidisse & audiuisse. Et 13. & 15. fere sexagenarius, donec meminit, attestatur, quod viderit in omnibus Conuentibus, *Landtãgen/begångnussen* vt alios Prælatos, comparere, & sic de obedientia, testatur. Item de auditu ab antiquis. Item 15^o. isq; septuagenarius, & vltra, q; meminit, & is de obedientia testatur, quod & asserit, se vltra 40. annum meminisse. 5^o. verò quinquagenarius non aliter audiuit; & Idem *ad 3.* de visu attestatur, vbi quoque se vidisse, quod seruitia & obedientiam vltra 30. annos præstiterit, attestatur. Per hosce est probatum, 1. quod Abbas prædictus est habitus, donec meminerunt, pro Subdito Archiepi. 2. præstitisse obedientiam. 3. venisse ad certas congregationes. 4. quod non audiuerunt contrarium. Hisce iussragantur, etsi non tanta ætate, 1^o. ferè quinquagenarius vno anno dempto. 2. 3. 7. & is quinquagenarius, qui de antiquis audiuisse confirmat, vltra memoriam hominum hoc fuisse. 11^o. sexagenarius, qui & de obedientia testatur. Sic quoque non parum faciunt *ad 7. & 8. art.* eosque magni momenti esse putarim, si enim articuli non solum continent Abbatem venisse ad Conuentus Treuericos, sed ad eiusmodi Conuentus, in quibus agebatur de Subditorum Contributione, non solum Imperii, sed & ipsius Archiepi. Sextum probatum esse

N. 174.
Alij testes eadem deponunt.

esse, dubium esse non potest: Nonus enim hunc dicit esse verum, quod suis temporibus semper comparuerit in Conuentibus, natus 57. annos, idemq; testatur ad quintum. 10^o. verò sexaginta tres annos natus, vidit, daß Sie von einem Landtag zum andern gutwillig gehorsamblich erschienen/nec scit aut audiuit contrarium. 12. & 15. sexagenarius eundem affirmat, quia vidit, audiuit, & interfuit sapius. 13^o. quinquaginta octo annos natus vidit in omnibus Conuentibus, & nunquam audiuit contrarium. 15^o. septuagenarius testatur, quod meminit vltra 40. annos, gehorsamblich comparuerint, je vnd alwegen / nec is audiuerit contrarium. His accedunt 11^o. sexagenarius, qui & ad 10. art. ait, se semper, eum in omnibus Conuentibus vidisse, & 14^o. donec fuit in famulatu Abbatis, qui bis aut ter suo nomine perorauit. Item & 1. & 2. qui & à Prætoro, Schulteto Abbatis audiuit, & ipse vidit, donec meminit. 5^o. vidit, Sie beschrieben vnd erschienen / nec audiuit contrarium, quinquagenarius. Idem testatur sextus, & hoc actu solo probato, puto probatum, ad se statum pertinere: probatur enim aliquem esse Subditum, si præceptis sit obeditum, text. in c. 1. c. quando. de censib. c. recipimus. de priuilegijs. Innocentius in c. olim. 2. nu. 2. de rest. spol. Bald. in l. solet. §. fin. n. 2. & 3. ff. de offi. Procon. Schurff. cons. 62. n. 1. cent. 1.

N. 175.
Testes, qui deponunt, Abbatem ad Conuentus venisse.

N. 176.
Aliquem subditum esse probatur, si præceptis sit obeditum.

Quoad septimum, quamuis sufficere videantur priora esse probata, vt patebit postea; tamen & hunc probatum, quatenus opus est, existimo, 5^o. quinquagenarius vidit ex Registris antiquis, cum quo conuenit 14^o. qui quoque in antiquis Registris vidit, qui, etsi aliqua addit dubia, quoad Contributionem, quæ ad Archiepiscopum pertinent; tamen hoc nihil facit, quia loquitur de istis Contributionibus, quæ Episcopo fiunt, non Imperio, & tandem dicit Subditos indistinctè semper contribuissè, & in steuris Imperii, semper contribuissè Abbatem; Item & is

N. 177.
Solutio contributionum ex Registris probata, per testes suppletur.

N. 178.
Quæ pro-
bationes in
antiquis
validissi-
mæ.

se refert ad Registra: Hæ verò probationes sunt validis-
simæ in antiquis, cum auditus & alia accedant, apertè
enim 7^o. testis 54. annorum testatur, donec meminit esse
soluta tributa ab eo. 1^o. verò 63. annorum dicit apertè,
quod quotiescunque Contributio facta sit, sie belegt wor-
den/ vt alii Subditi; bonam rationem addens, quod inter-
fuerit aliquoties, Et ad 10. art. dicit, quod meminit se in-
terfuisse, ne fortè quis eos tres actus solutionis de recen-
ti esse putet; hoc addit; daß weil Ihme gedencke/ sey solches
beschehn / dan er selbst den dabey gewesen. Sic quoque 11^o. 6. art.
dicit verū; quia ait, se à tempore Richardi Archiepi venis-
se & audiuisse, nec audiuisse contrariū; Ad art. 11. 13^o. ve-
rò testis 58. annorum clarè dicit; sey alwegen als Stiffes
Prælati belegt worden; Quod verò hic de proprio sensu
deponat, patet ex iis, quæ ad quintum art. dixit; quod vi-
derit, donec meminit, Sie auff Landtügen sich gehorsam-
lich erzigt / vt alii Prælati, & sanè, hi testes posteriores,
de visu proprio, deponunt, de tempore vltrememoriali,
saltem quoad belegen/ sufficienter: Neque enim refert so-
lutionem non videri tam diuturnam probatam realem,
sed saltem quoad auditum, quia sufficit probatum, quod
vltrememoriali tempore. in Conuentibus, vbi de his
Contributionibus, & omnibus aliis negotiis Archiepi-
scopatus tractari solet, interfuerint, vnà deliberarint, &
consentierint; quia certè appellare debuissent, vt supra
probauit. Iam sic idem testis quoque ad 8. art. testatur, se
nunquam audiuisse contrarium; Sic 1^o. testis ad 10. aper-
tè testatur, die Anlagen jedesmahls bewilligt / tamen de so-
lutione nesciat. Item 7^o. testis, ad 20. annos, & audiuit
penè ab antiquis donec meminerit. Ex quibus patet,
probatum esse; Abbatem venisse ad consilium, tanquam
Subditū, quando de necessitate Archiepiscopatus tra-
ctabatur, vt de Collectis & reliquis: Item impositam ef-
feci,

N. 179.
Nihil re-
fert, testes
solutionē
realem non
vidisse, sed
sufficit, in-
terfuisse
Conuenti-
bus &c.

se ei Collectam, qua contentus fuerit, & hæc immemoriali tempore, & sic constat id, quod opus erat probari, asserere testes, se semper vidisse & audiuisse, nec audiuisse contrarium. Iam videamus num reliqua adsint, quæ, ad probandum tantum tempus, requiruntur? Hæc verò est communis opinio, saltem quoad illos, à quibus hoc audiuerunt, vel qui hoc scierunt; ad hanc verò probandam, sufficit, si dicat testis; Ita ab omnibus haberi verum, quia vicinus sum: pulchrè *Alex. conf. 51. lib. 1. nu. 4.* Testantur enim hoc omnes, præsertim *ad 5.* vt Supra probatum est; quod ab omnibus, etiam antiquis, ita habitus sit. Item *ad 12.* qui habet quoque, hoc præsertim, quod videlicet nemo, ab antiquis & scientibus, aliter, quam articulatam, audierit, nec viderit. Item: quod sic, vt articulatam, ab antiquis reputatum sit, & adhuc ab omnibus reputetur. Quia hunc verum dicit 1^o. Testis, qui etsi verum eum esse credat; tamē bonam rationem dicti sui adfert, quod non audiuerit contrarium, nec refert Testem dicere, Credo, si bonam adferat rationem dicti sui. *Doctores in c. quoniam. de prob. in verb. testium. n. 32.* Item 5^o. Testis quinquagenarius & ultra, qui dicit, *die alten hets tens das für also gehalten* / & quod nunquam aliud audierit. Item & 9^o. 58. annorum. Item 10^o. 66. annorum, & 13^o. 58. annorum, nunquam aliter audiuerunt. 14^o. iuncto dicto suo *ad 5.* vbi dicit, se nunquam aliter audiuisse. 15^o. 72. annorum, iunctis iis, quæ dixit *ad 6.* nunquam aliud audiuit, & horum Testiū magna pars doctè sic deponunt, prout & alii alibi, ad alios articulos, testati sunt: Et hoc sanè sufficere videtur, non solum ad probandam communem opinionem, sed & famam, præsertim nostro casu, vbi probatio communis, vt iam dicam, famæ necessaria non est, nam & alias sufficiunt, ad probandum Notorium & famam duo Testes, tametsi enim per duos homi-

N. 180.
In probatione temporis immemorialis sufficit, si testis dicat, ita ab omnibus haberi verum.

N. 181.
Non refert testem dicere, Credo, si bonam adfert rationem dicti sui.

N. 182.
In nostro casu probatio communis famæ necessaria non est.

nes induci nequeant, vt probat *Cassand. decis. 3. de prob. n. 3.*

N. 183.
Probatio
fama non
est accessa-
ria, sed præ-
sumptiua.

In his enim sufficit, vt Testis reddat causam, per sensum corporis præsumptum, per locum à communiter contingentibus; Non enim in probanda fama sumus in probatione necessaria, sed præsumptiua, in qua satis est, quod sequatur per sensum iuris præsumptione. *Cassand. probat latè ibid. n. 4. & 7.* & sufficit, si dicat, vicinus sum. Idem n. 5. Et idem probatur pulchrè per *Iason. in l. non hoc. C. unde legit. n. 10. & 11.* & si interrogetur à Teste, à quibus audierit, respondeat se non habere memoriam, tamen probat, *ibidem. n. 9.* sic quoque fama, qua ad hunc casum, summè opus non est, vt supra dixi, ex ista communi opinione sic tenentium probatam esse apparet; imò & alias

N. 184.
Decem te-
stes super
fama, suffi-
cientes
sunt absque
causa scien-
tiæ.

probatam esse ex hoc constat, vbi 10. Testes super fama vel infamia adducuntur, sit probatio de ea sufficiens, etiam si nulla, aut non sufficiens causa scientiæ reddatur. licet alias, si essent pauciores, exigenter rationes, cause scientiæ sufficientes. *Alex. in l. etate. §. tormenta. ff. de qua-*

N. 185.
Decem fa-
ciunt po-
pulum.

stionibus. in addit. ad Bart. in verbo, sed si Testis dicit. Cuius rei reddit rationem, quod famam faciat, si decem de re aliqua dicant, cum tot faciant populum, iuxta *Not. in c. 1. & ibi Panor. nu. 7. de elect. & quod ex tanto numero status publicus habeatur iuxta Not. in l. 3. §. Eiusdem. ff. de testibus.* sed preterquam, quod ad 14. articulum ultra 12. reperiuntur, qui de fama attestentur; tamen hoc in eo casu, vbi probatio fame necesse sit, non sufficit: Sufficit enim, si de communi opinione (vt ex *Baldo* probaui) & fama eorum, à quibus hoc habuerunt, constet; quod ex dictis ad prædictos articulos satis liquidò constat: Vbi omnes dicunt ab antiquis semper se hoc audisse, qui ita reputarint, nec audierint contrarium.

N. 186.
Ex anti-
quis instru-

Deinde his accedunt antiqua Instrumenta, quibus & Ius & fama probaturum, & communis opinio, quæ in tali-

talibus habetur pro veritate, præsertim in Dominiis & territorijs Principum, Ducum, vt ex *Felino. cit. loco. d. c. Veniens de Testibus nu. 16.* probatur, qui hoc procedere ait, præsertim in casibus, quibus probari debet immemorialis præscriptio, & non solum fama, sed & consuetudo, ex antiquis Instrumentis, probatur. *Crauer. de ant. temp. sect. ampliatur. nu. 16.* qui 2. ad hoc sufficere refert Instrumenta *nu. 17.* Hisce accedit scriptum Fiscalis ad Archiep̄um Anno 1527. productum 26. Martii Anno 1565. & agnitum à Fiscali præsentis: quo fatetur; *Es also herkommen vnd bisshero darbey von Ihme gelassen:* quod eum nullo modo facturum fuisse præsumendum, si aliquando sciuisset eum contribuisse. Nec refert Testes non de certo, & determinato tempore, videlicet 40. annorum, deponere, aut similiter, hoc non requiritur; sed quod possint de visu tanti temporis meminisse, videlicet quod contrarium non viderint per tantum tempus, & sic sufficit, quod dicant se non aliter vidisse, aut audiuisse, in probando eiusmodi tempore immemoriali: quemadmodum dicunt præsertim antiqui Testes, 7. 10. 11. neq; enim requiritur vt alios actus enumerent, vt supra probaui, & infra latius probabitur. Deinde sufficit probatum esse, Abbatem esse Subditum Archiep̄i, venisse ad Conuentus, vbi tractatur de Archiep̄atus eiusmodi negotiis. Item quod ultra 40. annos, & donec meminerunt, in Conuentibus *Er belegt worden.* Et sic in suis, Archiep̄i scilicet *Anschlägen/* non solum 40. annis, sed & immemoriali tempore fuerit: Ex quibus Subditus Archiep̄i immediatus (mediatus tamen Imperii) probatur. Et sic sequitur eum Collectas immediatè Archiep̄o, non Imperio, soluere debere, absque vlla probatione; Et sic sufficere debebit, si Testis verum dicat, ex quo aliud sequitur, quia super utroque deposuisse videtur, vt dicit *Bald. in l. data opera.*

mentis
communis
opinio &c.
probatur.

N. 187.
Fiscalis
scripto fa-
tetur cons-
uetudinè
contribu-
endi.

N. 188.
Nihil ob-
est, quod
testes de
certo tem-
pore non
loquantur.

N. 189.
Sufficit
probatum
esse Abba-
tem Ar-
chiep̄isco-
pi subdi-
tum esse
&c.

N. 190.
Ex quo se-
quitur, ip-
sum Colle-
ctas imme-
diatè Ar-
chiep̄isco-

po soluere
 debere.

N. 191.
 Testes sin-
 gulares
 quando
 probent.

N. 192.
 Sufficit v-
 nū actum
 probatum
 esse ob legis
 præsum-
 ptionem.

N. 193.
 Testis non
 tenetur
 reddere ra-
 tionem ra-
 tionis.

N. 194.
 Testis af-
 firmatio
 de articulo
 intelligēda.

N. 195.
 Testis di-
 ctum sup-
 pleri debet
 nec cauil-
 landum.

N. 196.
 Ratio red-
 dita à teste
 debet redu-
 ci ad ipsum
 actum, vt
 concludat.

Cod. de accus. nu. 34. licet enim Testes deponant de diuer-
 sis actibus, quando inducuntur ad probandum quid in
 genere; vt in Iurisdictione, fama, possessione, vsuris, &
 ita sint singulares; tamen eorum dicta probāt, quia ten-
 dunt ad eundem finem. *Vinius* communem probat in
communibus opinionibus verbo testes singulares; & sufficit, vt
 dixi, si vnus actus probetur: sic quoque Iuris est, quod si
 probatur vnum, videtur reliquum probatum, & dicitur
 probatio sufficiens, eo quod lex præsumit de eo, quod
 frequenter accidit. *Iason in l. non hoc. num. 15. vers. 2. limita.*
Cod. vnde legit. Item si Testis deponat per visum, aut a-
 liās, grosso modo, reddat rationem dicti sui, nec opus est
 eum reddere rationem rationis. *Bald. ibid. num. 20. & 23.*
 qui edixerunt se vidisse & interfuisse, licet non dicant, il-
 lo & illo tempore & loco, sufficit: quia ex quo affir-
 matur capitulum vel articulus per Testem, erit dictum
 suum de toto capitulo intelligendum. Nam præce-
 dentia declarant sequentia. *si seruus plurium. ff. de leg. 1. &*
talia sunt subiecta, qualia prædicata demonstrant, l. si v-
no. ff. locati vt dicit. Salic. in l. ea quidem. C. de accusat. nu. 117.
 Testis enim dictum, quantum fieri potest, suppleri de-
 bet; *Decius. cons. 595. nu. 5.* nec sunt cauillanda, sed reduci
 debent ad bonum & ciuilem intellectum, & quando in-
 telligimus, quid Testis vult, non curamus, quomodo
 loquatur. *Decius cons. 272. nu. 2. text. in c. cum te. & ibi Gloss.*
& DD. de testibus si enim de tempore deponūt, est intelli-
 gēdum de tempore, de quo dicit articulus vt in *d. c. Cum*
te & ibi. Panorm. n. 2. Item regulare est, quod vbi requiri-
 tur certa & determinata probatio temporis pro forma,
 sufficit certē præsumptione concludere. *Iason. in d. l. non*
hoc. nu. 15. vers. confirmet. Cod. vnde legit. facit, quia ratio
 reddita à Teste dicitur reduci ad ipsum actum, vt cōclu-
 dat, quocunq; modo scientia sanum intellectū conclu-
 dere

dere potest: secundum *Bald. in l. 2. C. de temp. Appell.* vbi ponit de Teste, qui deponit Titium esse maiorem 25. annis, & dicit se scire; quia recordatur de die natiuitatis suæ: & satis est, quod etiam Testis implicitè inferat veritatem dicti, si non explicitè. *Alex. d. cons. 51. n. 4. lib. 1.* & Testis vbi non interrogatur de præsentia, & loquitur assertiuè, præsumitur fuisse præsens, *Felin. in c. 3. loco. nu. 3. de probat.* Sed non est quod laboremus, sumus in alio, non cõmuni casu. Nam sic non requiritur probatio actuum per certas personas, aut cum aliis circumstantiis exercitatis: hoc enim in præscriptionibus aliis communibus requiritur: Ibi enim necesse est sic, & specificè dare actus per certam personam exercitos, sed in præscriptione vel consuetudine tanti temporis, cuius initii memoria non existit in contrarium, hæc specificatio necessaria non est. Fatuum enim est dicere, quod plus necesse sit in articulo poni, quam necesse habent Testes deponere ad sufficienter probandum; sed Testes volentes probare tempus immemorabile, non plus habent deponere, quam supra dixi; & sic superstitiosum est requirere personas, vel actus específicos exprimere: cum Testem sufficiat, super sola communi opinione testari hoc casu, prout hæc sic probantur & deducuntur ab *Oldend. cons. 172. n. 20.*

Imò quod magis est, in probando hoc tempore non est necesse vllos actus probari; ponam *Olden. verba in cons. 244. n. 13. incip. ad Obiect.* vbi sic ait: 4. opponebatur, quod cum consuetudo ex frequentibus actibus inducatur, non dantur actus, consuetudinem inducentes. Ad istud, *inquit, respondeo*, quod in præscriptione tanti temporis, cuius initii memoria hominum non existit, non debent quæri actus, consuetudinem inducentes; quia impossibile est, hos inuenire; nihil enim aliud est quærere actus consuetudinem inducentes, quam quærere a-

N. 197.
Satis est, si testis implicitè inferat veritatem dicti.

N. 198.
Noster casus specialis est, nec sumus in communibus præscriptionibus.

N. 199.
In præscriptione temporis, cuius memoria non extat, non opus est certas personas & actus exprimere.

N. 200.
Nec vllos actus probari necesse est.

N. 201.
Cum inuenire impossibile sit.

Q. actus

ctus in quibus, vel ex quibus consuetudo ipsa sumpsit exordium; sed hoc dare impossibile est; ex quo contrarii memoria non existit; ergo frustra quæritur, quod inueniri natura prohibetur. *Inst. de inutil. stip. §. 1.* In huius ergo, inquit, præscriptione probanda sufficit demum; nullum exstare sensum visus, qui viderit, vel audierit videntem vel audientem contrarium obseruari, & quod communis est omnium opinio, ad quod multa allegat & ibi per eum. Imò in hac probatione temporis immemorialis si Testes deponant de auditu auditus, adeo coadiuuat probationem, vt si concurrat possessio de præfenti vel fama, vel aliud adminiculum sufficiat, si duo Testes de auditu auditus deponant, Idque probat *Crauet. de antiquitate temporum. sectione. viso. num. 3. & 4.* ex quo solo patet tempus hoc probatum. Hoc verò indubitabile esse vel ex eo apparebit, quod quamuis in aliis casibus iuris communis Testis de auditu auditus nihil probet, tamen præsumptionem facit, vt per *Dec. d. conf. 272. n. 3.* & operatur talis præsumptio, quod transferat onus probandi in aduersarium, contrarium: *Rom. Sing. suo. 345.* & ibi latissimè addit *Felin. in cap. cum litteris. de testibus. Decius d. conf. 272. & conf. 595.* Vbi quoque, ait, Testibus grauibus, & fide dignis (vt hic) de auditu deponentibus credendum: *Rom. conf. 424. Felin. in c. tam testibus. de Testib. in fine. Iason. in repetitione. l. admonendi n. 146. ff. de Iureiur. Hyppol. in praxi. Crim. §. examinanda. n. 29. Idem sing. 557. Alex. consil. 77. lib. 1. Rip. in l. 1. nu. 88. ff. si certum petatur. Curt. Senior consil. 69. num. 4.* & quamuis ita velint prædicti DD. & alij ab iis citati: tamen mea opinione verior, & æquior est *Alciati* contrarium sentientis in l. 1. ff. si cert. petatur. in vers. *Celsus* ait. Tametsi ab eius impugnatione *Curt. Junior.* Romanū defendat, in eadem l. n. 57. Placent mihi cum *Alciato* sentientis *Petri de Banint.* rationes.

Decis.

N. 202.
In probatione temporis immemorialis de auditu auditus coadiuuat probationem, si aliud adminiculum sufficiat.

N. 203.
Quamuis in aliis casibus iuris communis secus sit.

N. 204.
Testibus grauibus de auditu credendum.

N. 205.
Alciatius contrariū sentit.

Decif. Rol. Bon. 67. nu. 8. Vbi ait, ad hoc vt transferatur onus probandi in aduersarium opus esse duabus præsumptionibus, sed si hoc procedit in communibus probationibus; quanto magis, vti hic non solum 7. sed plures probationes, in hac, de antiquitate, temporum, probatione, vbi possessio de præsentis & pluribus annis longissimoq; tempore, accedit, tum & Fiscalis confessio in literis, & litteræ antiquissimæ & alia: nam propter antiquitatem temporis leuiore probationes per indicia, & coniecturas, & sic præsumptiuæ probationes admittuntur, si fiant, pro possessore, non contra eum: quia si fiant contra possessorem, actor plenè probare deberet, non obstante antiquitate temporis, & propterea sola fama sufficere solet, vt communem dicit *Iason. in l. 1. §. prator ait. ff. de edend. n. 25.* eandem communem, & in iudicando sequendam *Decius cons. 428.* per totum probat. idque procedere *Crauet. vbi supra. §. viso. n. 39.* ait.

Porro non saltem videtur hoc immemorabile tempus, sed & aliud, nempe 100. annorum, probatum: quæ quamuis directa probatio difficilis esset, tamen præsumptiuæ sufficit. *Felin. in c. Cum à nobis. de prescript. n. 8.* & potest parim per instrumenta, partim per Testes probari. *Panor. in d. c. Cum à nobis. n. 5.* *Bald. in authent. quas actiones. n. 16.* *Guido Papa q. 357.* & in hac præscriptione 100. annorum, mala fides non obstat. *Capit. dec. 4. nu. 20.* Modum verò probandi pulcherrimè tradit *Bart. de Capua in Gloss. vel ipsa Glossa, & Andr. de Ifern. de constit. Reg. Sicil. lib. 3. tit. 39.* vbi dicit, quod licet per instrumenta non probetur continuatio possessionis, quod sit necessarium in præscriptione; initium tamen possessionis tum probari per instrumentum, vt quando Iudex, Notarius & Testes dicunt in instrumento, talis vendidit die tali &c. & sic inquit deberet intelligi *l. possessio. l. pradia. ff. de adquir. possess. l. minus.*

nus. Cod. de acquir. possess. Si ergò apparet per instrumentũ, q̄ iam sint anni 100. quo anteriores rem fiscalem vel Ecclesie possedẽre, & modò inueniatur in eius possessione, nec ex aduerso probetur alius in medio possedisse; Dico audacter me compleuisse præscriptionem centenariam, quia pro me quodammodo medio tempore possedisse præsumitur. *l. si quis adulterij. Cod. de adulteris.* Et hæc cum superioribus pulchrè conueniunt, quia etsi alias possessio istis verbis, vel similibus, vendidit, non omnimodò probant per *DD. in l. cum falsa. Cod. de Iuris & facti ignorant.* tamen quia in antiquis non plenæ, & exactæ probationes requiruntur, sed præsumptiuæ sufficiunt, si sic præsumptiuas probent; Sed nostro casu verè & concludenter antiquam possessionem probatam puto. Nam in *Conradi Regis priuilegio* aperte habetur: quod *prædictam Abbatiam resignauerit & reddiderit Alberoni, Archiepiscopo Treuir, quo omne suum Ius in prædictũ Archiepiscopum consensu statuũ transfuderit*, idq̄; anno 1147. Hoc postea *Impp. Fridericus Anno 1157. confirmat*, quod videlicet: *eandem Abbatiam ei Iure proprietatis habendam, ordinandam, & ea integritate & vsu possidendam, quo sui prædecessores eam visi sunt habuisse.* quæ verba & in *Conradi priuilegio* inserta reperiuntur, & idem *Fridericus*, ait; *Patrum suum, Conradum, eandem Abbatiam, cum eam in manu sua haberet, Alberoni Archiepiscopo, ex iudicio Curie, reddidisse:* vt supra. Itemque fatentur vterque *Imperator: ob benè merita hoc quoque factum:* & hisce rebus interfuit *Abbas ipse S. Maximini Sigenerus*, qui tanquam *Testis* inscriptus est huic priuilegio, cumq̄; aliis multis *Abbatibus & Statibus Imperij* in *Instrumento* comprehensis nuncupatus. Item fatentur, *iniuste ab Abbate dictam Abbatiam ablatam.* Sic *Fridericus* attestatur possessionem datam à *Conrado*, quam non dat de nouo, sed confirmat. Item recensent *Impp. priuilegia*

N. 211.
Pro possessore medio tempore alij possedisse præsumuntur.

N. 212.
In antiquis præsumptiuæ probationes sufficientiunt.

N. 213.
In nostro casu antiqua possessio verè probata ex priuilegiis Imperatorum, Conradi & Friderici.

legia Dagoberti, Pipini, Caroli Magni, & aliorum, qui-
bus Ius fisci translatum est in Archiepiscopum, & illi ipsi omne
suum Ius in eum transfuderunt. His accedunt posteriora
 priuilegia, præsertim Caroli IV. qui omnes cõcessiones, liber-
 rates, donationes & litteras, à suis prædecessoribus Ecclesia & Ar-
 chiepiscopo Treuren. datas. Item Iurisdictiones, Iura, feuda,
 vniuersasque possessiones quas nunc (inquit) tenent, & possi-
 dent, & specialiter feuda de Couerna, proprietatem seu quasi do-
 minium Monasterij S. Maximini, Anno 1376. postea Frideri-
 cus III. Anno 1471. cū narratum esset turbari in obedi-
 entia dicti Monasterij Archiepiscopum, in s̄hrer Obers
 feit/gerechtigkeit / vnd abwenden vnd einziehung der gehorz
 sambkeit; declarat, quod in iis turbari non debeant, &
 quod Archieps habeat Obrigkeit / vnnnd gerechtigkeit. Sic
 quoque Maximilianus I. & Carolus V. prædicti Pipini,
 Conradi, Friderici, & aliorum priuilegia, in specie & in
 genere, confirmant; quæ si non de possessione, & domi-
 nio (vtilitamen) intelligerentur, essent sibi prorsus con-
 traria. Ex quibus ego & centenariam, & aliquot sæcu-
 lorum possessionem, præsertim quoad Ius fisci proba-
 tam puto: Si enim Instrumentum conficitur, non super
 promissione, sed super possessionis recognitione, vel cõ-
 tra tertium. *Bald. in l. 3. Cod. de Edict. D. Adriani tollendo. nu.*
47. & per eundẽ Bald. inc. 10. qui test. sint necess. ad inuest. n.
6. Ange. in l. quadam Mulier. circa finem. ff. de rei vendit. vt si
dicat: Vendo tibi, & confiteor te possidere. Sic quoque
Baldus in d. l. cum falsas. nu. 7. concludit translata possessionem & dominium,
 si verba sint dispositiua, prout sic
 esse negari non potest, quod si procedit in tempore non
 antiquo, quanto magis in temporibus antiquis, vbi præ-
 sumptiua probationes sufficiunt, probata iam antiquis-
 sima possessione? possessionem quoque de præsentī pro-
 batam

N. 214.
Et Caroli
IV.

N. 215.
Friderici
III.

N. 216.
Maximilia-
ni I. & Ca-
roli V.

N. 217.
Instrumen-
to confecto
super pos-
sessionis re-
cognitione
probatum
possessio.

batam ex superioribus constat, vt sic negari nullo modo possit, quin & plus quam centenaria & vltrememorialis probata sit.

N. 218.
Ius Fisci,
dominium
& proprie-
tas &c. in
Archiepi-
scopum, vti
Vicarium
translata.

Et existis omnibus videntur conciliari, priuilegia anti-
quua, cum nouis Maximiliani I. & Caroli V, tum & præ-
senti possessione, vt videlicet in Archiep̄um *Ius fisci, do-
minium, & proprietates, tum & possessio meri, mixti Imperij & o-
mnis Iurisdictionis* translata sunt, tanquam in Vicarium su-
um, qui hoc suo nomine possideat, tanquam membrum
Imperii, & sic nihilominus membrum Imperii manet, &
Imperatoris nomine possidetur, quod fieri posse initio
probauit eo modo, quo solent Principes Imperii bona ab
Imperatore possidere; sed vt suprema ista Iurisdictione,
quam sibi Imperator reseruare solet, penes Imperato-
rem manserit, videtur vel ex eo patere, quod Caroli pri-
uilegium fol. 91. Abbati datum non obscure indicat; Im-
peratorem posse aliquem constituere, qui hoc teneat,
aut certe, & hæc facile fieri posse, ex eo colligo, quod a-
liquin Iura Imperii, salua superioritate tacite præscribi
possunt. Quamuis superioritas & obedientia non sit
præscriptibilis, quæ semper potest intelligi in prædictis
priuilegijs excepta, quæ hic simul stare posse puto.

N. 219.
Iura impe-
rii, salua su-
perioritate,
tacite præ-
scribi pos-
sunt.

N. 220.
Incorporati-
um rerum
possessio
solo titulo
acquiritur.

Et ad prædicta confirmanda dico, nos nõ versari hic cir-
ca possessionem rerũ corporalium, de qua prædicta Iura
loquuntur, sed incorporalium; sic in incorporali, solo ti-
tulo acquiritur possessio, & præsertim, si Imperator alicui
concedit quandam iurisdictionem, statim facit eum
possessorem, quia vniuersalem habet possessionem, si-
mulac est coronatus, licet per singula non attingat, quia
non debet glebas circumire. Item in incorporalibus
non opus est immisione in possessionem, quia per solam
sententiam victus perdit possessionem, & victor eam
nanciscitur; & si Princeps dat alicui iurisdictionem, siue
per

N. 221.
In incorpo-
ralibus non
opus est
immisione
in pos-
sessionem.

per priuilegium, siue per sententiam, ista Citatio valet, & non citatis Subditis, quia super Iure sui domini, non Subditorum iudicat, probatur per *Bald. in Margar. in verbo possessio. vers. 6.* & quod possessio transferatur per solum priuilegium aut sententiam; probatur quoque per *Capit. Decis. 121. nu. 9.* & per *Felin. in c. fin. de Iudic. nu. 4. Rom. cons. 337. n. 3. incip. quoad iuris terr. in sua. lib. tur. possess. in verbo: hodie possidet & tenet. nu. 6.* *Guido Papa sing. 903.* Vbi tradit per solam inuestituram tradi possessionem inter inuestientem, & inuestitum. n. 9. Ergo antiquissima ista possessio & ex eo videtur probata: continuata possessio omnium temporum, etsi per ea, quæ dixi, probata satis liquidè videtur; tamen ultra ea etiam in alio breuiori Casu, locum habere ostendam: quia ponendo initium possessionis & finem, & sic probatis extremitatibus præsumitur medium, prout communem asserit, *Lanfran. in c. Quoniam. de prob. n. 94.* vbi plurima allegata Iura. *Ro. cons. 329. in fine. DD. & Bart. in l. siue possidetis. C. de probat. Felinus in c. in presentia. de prob.* Sed hoc limitant DD. procedere si possessio allegetur, eamque allegationem etiam in allegationibus Iuris fieri posse. Item non procedere in Successore. Item in tempore decennii, non 20. aut 30. annorum: cum enim censeatur quis civilem retinere possessionem ultra decennium, prout latè & venustè hæc traduntur per *Alciat. tract. de presumpt. 21. & 22. Reg. 2. per totam;* Imò volunt, quod probata præterita possessione ex eo solo absque probatione præsentis probari continuatam, & communem ait, *Rip. in c. Cum Ecclesia de causa poss. & pro. nu. 23. Alciatus de presumpt. dicto loco.*

Non obstant prædictæ limitationes. 1. sic in specie allegata est possessio ab antiquissimis temporibus, scilicet priuilegiorum, præsertim in conclusione 19. Maii Anno 1565. oblata, S. Vey soleher. S. Dab nushur. & in specie in

Q. 4.

S. Soll.

N. 222.

Principi
siue per priuilegium,
siue per
sententiam
iurisdictionem, non
citatis subditis, dare potest.

N. 223.

Sola inuestitura traditur possessio.

N. 224.

Probatis extremitatibus possessionis præsumitur medium.

N. 225.

Si possessio allegetur.

N. 226.

Ciuilibus possessio retinetur ultra decennium.

- N. 227. Mutatio non præsumitur.
- N. 228. Heres probato, quod semel possederit habet fundatam intentionem.
- N. 229. Sufficit possessionē susceptam ab vno, & finitam à successore.
- N. 230. Possessio civilis non præsumitur ultra 10. annos.
- N. 231. Alciatus & alij contrarium statuunt.
- N. 232. Autor conciliat has opiniones ex Couarzuia.
- §. Sollvnd fan / quoad alium Successorem scilicet. Istam verò negat; *Alciatus*, contrariam communem esse asserit *in dicta præsumpt. 21 num. 4.* Cum præsumptio Juris sit, quod mutatio non præsumatur, & hoc procedit, nisi alius sit in possessione, nunc, vel aliter offuscata sit præsumptio legis, aliàs hæres, probato, quod semel possederit, habet intentionem fundatam, quia quamuis lex requirat probationē pro forma, per certum tempus, tamen sustineretur ista probatio per præsumptionem, *Iason. in d. l. non hoc. Cod. unde legit. n. 15. Alciat. vbi supra. n. 5.* facit, vt quælibet res, quæ erat penes defunctum, præsumatur peruenisse ad eius hæredem, ex quo succedit in vniuersum. *Alciatus ibidem n. 7.* Ad quod facit, quod tradit *Paris. cons. 107. nu. 11. vol. 1.* quod sufficiat possessionem inceptam ab vno, & finitam à successore, prout plures allegantur *in addit. ad Baptis. Villalobos. in locis communibus n. 286.* Hic quoque non obstat, quod non vltra decennium præsumatur, quia verum hoc est in possessione civili, quia ista non præsumitur durare vltra 10. annos. Cum animus, quo possessio retinetur, non præsumitur durare vltra 10. annos. *l. tantum. l. fundi. ff. de vsucap.* Intelligi igitur id de civili possessione, segregata quidem à naturali: tamen si *Alciatus dicta præsumpt. n. 22.* indistinctè eam opinionem veriore dicat; quod scilicet in qualibet præsumptione sufficiat simpliciter probare extremitates, siue lapsus sit tempus 10. vel plurium annorum, prout latè quoque probat *Laurent Calsan. cons. suo 100.* qui dicit hoc procedere, siue sit possessio 10. 20. 30. 40. 50. 70. aut plurium annorum, quod ego ex doctissima conciliatione *Did. Couuar. in relect. sua reg. possessor. n. 3. §. 1. de Reg. Juris in 6.* sumptum procedere puto; prout idem *Couuar.* dicit, defendi posse sententiam *Alciati*, vbi civilis possessio sola per aliquem retinetur absque naturali, quod tunc non

non duret ultra decennium; Cum ad id tempus animus, quo ciuilis retinetur, durare præsumatur; & in hac specie *Accursium, Bald. Dyn. & alios* loqui, nempè vbi constat, quem olim ciuilem habuisse, naturali amissa. At si constat olim quendam possedisse naturaliter, & ciuilitè, prout hic constat, præsumendum erit eandem possessionem, ciuilem quidem & naturalem, eum continuo tempore obtinuisse, & ita modò possidere ciuilitè & naturaliter; & idè in hac specie, cum non tractatur de ea tantum possessione, quæ solo animo retinetur, nihil refert, transferint né 10. vel 20. anni; cum præsumatur naturaliter & ciuilitè continuo possedisse eum, qui olim, vt constat, naturalem & ciuilem habuit possessionem; nec apparet naturalem, retenta ciuili, amisisse. Ita sentit *Alciatus in d. præsumpt. n. 21. & 22. defendit Did. Couuar. allegato loco*. Cuius opinionem, tanquam Iuri consonam, sequitur. Huc facit quod præscriptio immemorialis non innitatur possessioni ciuili, sed naturali detentione est contenta, *Vasq. illust. qq. lib. 2. q. 81. n. 28.* & sanè sufficit, si probationes præsumptiuè concludant, præsumptione inducta à lege; cum præsumptiones sint liquidissimæ probationes, *Iason. in d. l. non hoc. n. 15.*

Quia ergò probatum nusquam est, vllò tempore Archiep̄um naturalem amisisse, retenta ciuili; ergò præsumptio adhuc pro eo militat, donec probetur vnam amissam; & sic per vnum actum tempore immemoriali factum, prout quoque ipsa constitutio requirit. Et hæc indubiè procedere puto, vbi de præsentis quis possidet, vt *Boer. decis. 239. testatur*; quo loco, ait, sufficere, si quis antiquam probet, licet non continuam, tamen eius possessio continuata intelligitur, & quod dicatur, non præsumi ex veteri possessione in præsentis, *in d. l. siue possidetis, dicit, loqui DD. vbi possessor non asserit, se de præsentis*

N. 233.
Qui olim
ciuilitè &
naturaliter
possedit
præsumitur
& modò ita
possidere.

N. 234.
Præscriptio
immemorialis
innitatur
possessioni
naturali, non
ciuili.

N. 235.
Nusquam
probatum
est, Archiep̄um
amisisse natu-
ralem posses-
sionem
retenta ci-
uili.

R

possi-

possidere. Imò quando ex possessione de præsentì procederet aliqua legitima ratio, per quam possemus arguere, quod olim etiam possederit, præsumeretur ex præsentì possessione in præteritum, & olim possedisse, vti probat *Alciat. d. presump. 21. nu. 4.* Vnde probato de dominio ab antiquo tempore (inquit) & de possessione de præsentì videretur legitima ratio & causa, quod qui fuit Dñs, etiam possederit. Ad quod facit, quod quando vltra antiquitatem temporis occurrit longa (non dico immemorialis) possessio rei, correspondens verbis enunciatiuis, in antiquis instrumentis; certè ista verba enunciatiua plenè probarent, & in præiudicium tertii, prout probatur per *Crauet. de antiq. temp. sectione ampliatur. n. 20. & 32.* quantò magis hoc procederet in verbis dispositiuis ipsius Imperatoris? & sanè per ista satis sufficienter puto, non modò tempus, cuius initii memoria nō existit, sed & 100. & plurium annorum possessionis huius Monasterii esse probatum.

N. 236.
Verba enunciatiua cū longa possessione rei, plenè probant.

N. 237.
Et multò magis verba dispositiua.

N. 238.
Qui reperitur in possessione, præsumitur ex præambulo contractus possidere, & titulo præcedenti

Et esto sanè; continuationem non ita, vti in reliquis præscriptionibus requiritur, probatam; quia sic præsumptiuè saltem probatā, vti in aduersarium contrarium probandi onus translātū sit, non puto posse negari. Quibus addo, si quis reperitur in possessione rei, nec sciatur ex qua causa, præsumitur esse in possessione, & possidere ex præambulo contractus; *Lanf. in d. c. Quoniam de testibus. num. 93. Ang. in l. murus. Cod. de acq. possessione*, sic possidens præsumitur possidere ex titulo præcedenti. *Bart. & DD. in d. l. quedam ad finem. ff. de rei vend. Corset. sing. possessio.* & ibi numerosè allegat, quod probat, non modò præsumi possidere ex titulo præcedenti, sed & ab eodem, à quo habet titulum. *Alciat. Reg. 2. presump. 23. Boerius decis. 77. nu. 3.*

Sed quia Archieps est in possessione, præsumitur ex præ-

præcedenti infeudatione, non tantum Caroli, Maximilianis, sed & aliorum, esse in possessione: cum aliàs ex delicto possideret, quæ non præsumuntur, *l. merito. ff. profocio. præsertim* cum sint contraria, vti dixi; vicem gerere Imperatoris, & rem possidere, eaque vti, quam sua vice gerit, & hæc procedunt in non tam longa possessione immemorialis temporis: quanto magis in ea?

N. 239.
Archieps
fuit in possessione ex
præcedenti
infeudatione.

Sed quod ad hoc tempus priuilegiatum attinet, scitum est: non solum hoc habere vim priuilegii & concessionis Imperialis, Ita vt nec allegatio tituli sit necessaria, nec scientia eius requiratur, contra quem currit, & probationem non admitti in contrarium, vt per Iura supra allegata, & latè probatur per *Hostien. tit. de Cens. Rub. II. §. 2. num. 2. vsque ad 7.* sed quod sufficiat etiam in præscribendis iis, quæ competunt Principi in signum supremæ potestatis. Idque in inferiore à Principe procedit, qui potest præscribere pedagia, Regalia, & Ius collectandi tali tempore: Hanc probat communem *Baptis. à Villalobos lit. p. nu. 220. & 221.* nec talis tenetur probare scientiam, & patientiam Principis, quia tali tempore præsumuntur interuenisse. *Ibid. nu. 222.* nec tali tempore est necessaria Imperatoris scientia in iudicialibus, *Crauet. de antiq. temp. sect. Vidimus. nu. 28.* Sed quia concessionem allegat Archieps, certè probata ex ea possessio, tam longinqua concessio, antiquissima etiam, absque priuilegiis, etiam in iis rebus, quæ illi sic reseruata sunt, & sic colligitur Imperatorem voluisse, vnà cum infeudatione & concessionem, suæ infeudationis nomine, & hæc omnia tribuere, aut potius non auferre: Neque enim Princeps censetur alicuius suum, aut possessionem auferre, aut vlli præiudicare velle in Iure suo quæsito. *Dec. cons. 606. nu. 17. & cons. 344. n. 34.* & potius verba debent impropriari, quam vt alicui præiudicent, vt *ibid.* etiam si motu proprio & ex

N. 240.
Tempus priuilegiatum
habet vim
priuilegij
& concessionis Imperialis &c.

N. 241.
Quo præscribuntur
ea, quæ competunt
Principi in signum
supremæ potestatis.

N. 242.
Princeps
non censetur alicuius
suum
auferre velle.

N. 243.
Temporis
immemo-
rialis effe-
ctus.

certa scientia adsit clausula, cum operetur saltem in his, in quibus præsumitur habere scientiam. Idem *Dec.* dicit *cons.* 544. *nu.* 34. & 37. Nam tempus, cuius initii memoria non existit, facit verum omne possibile, facitq; ut videantur omnia quæ oportent, quibusq; opus esset, ad perficiendam artem, præscriptionem, vel tale Ius inducendi: Nam etsi, ad talem possessionem iustificandam, Imperatoris vel Papæ concessio, necesse foret; ea interfuisse præsumeretur, vel tale tempus, pro tali confirmatione haberi, *l. 2. ff. de aqua plu. arcend.* et si ad talem effectum mille rerum, vel qualitatuum concursus, ac interuentus forent necessarii, interfuisse viderentur; si summorum Principum dispensatio adfuisset; Posito eam mentem Imperatoris non fuisse, quemadmodum vix fieri potest ut alia fuerit, nisi sibi prorsus contrarius esse voluerit; tamen quia Iuris est, ut sufficiat bona fides, etiam ex stulta causa, uti probat *Vasq. in lib. 4. Illust. quest. c. 81 n. 11.* communem asserens: puto & hac ratione excusari Ep̄um, ut qui allegat hanc causam infeudationis, ut ex articulis defensionalibus videre est, pro ea, quæ ei subiectionem tribuat.

N. 244.
Bona fides
etiam ex
stulta cau-
sa sufficit in
tempore
immemo-
riali.

N. 245.
In tempore
immemo-
riali non
præsumi-
tur mala
fides.

Quare etiam si ex titulo contrarium, & sic mala fides appareret ex titulo illegitimo; tamen quia tantum tempus adest, cuius memoria non existat in contrarium, non sequeretur præsumptio malæ fidei, in præscriptione, etiam de Iure Canonico, prout *idem Vasq. ibidem* latè deducit, quando dicit communem, & *Alexand. cons.* 75. *col. 2.* *Guido Pap. q.* 159. *Crauet. de ant. temp. 4. part. sect. mater. n. 7.* Eam quoque dicit communem *Conuar. in d. c. possessor p. 2. §. 5. nu. 2. de Reg. Juris in 6. Balbus de præscript. 2. part. 3. quest. 6.*

N. 246.
Neque im-
pedit initium
turpe & vi-
tiosum,

Boerius decif. 39. n. 1. Decius cons. 419. nu. 5. vers. similiter nec bona fides. Quinimò etiam si ostenderetur ac probaretur aliquod initium turpe, ac vitiosum, tamen non quod pro-

propter illam causam iniquam & iniustam possidendi, adesse quoque potuissent, & interuenire alia causa possidendi iusta & honesta, vel indifferentes, prout dicit idem *Vasq.* ubi proximè *nu. 16.* Sic sanè dico, quoad nostrum casum; etiamsi Imperator concedit, suo nomine Regalia & feuda conferenda Abbati ab Archiep̄o; tamè alia causa possunt incidere bonæ & indifferentes, cur ei cōmodum suæ possessionis remaneat, quæ ex eo tempore præsumuntur. Et hæc latè per *Vasq. ubi supra c. 81. n. 17.* Item quod immemoriale tempus faciat, vt omnium cōcursus præsumatur. *Ibidem n. 7.* Item facit præsumi notorietatem Superioris. *Idem c. 63. n. 3.* Item per longum tempus præsumuntur ea, quæ sunt facti & solennitatis extrinsecæ. *Idem Vasq. c. 39. n. 9.* sicq; sequitur etiam præsumi non modò mentem hanc fuisse Imperatoris, & sic intelligenda Priuilegia, sed omnia etiam rectè præsumi. Et quia sic malæ fidei præsumptum, quod ex minus solenni titulo præsumitur, purgatur per tempus longissimum, vt ex supradictis, & ex *Vasq. ibidem n. 18.* probatur: non puto hic quoque vllam malam fidem adesse posse, maximè quia interuenit authoritas Superioris, quæ tamen, quod facti est, per lapsum longissimi temporis, nedum immemorialis, intercesisse præsumatur. sic quoque solennia, quæ in rei Ecclesiasticæ alienatione interuenire debent, si facta sint, licet de illorum solennium vel aliquorum interuentu, in Instrumentis mentio facta non sit, adhuc ex diuturnitate temporis interuentus eorum præsumitur. *Vasq. eodem lib. 4. cap. 63. nu. 3. & 4. Felinus c. Albericus. de Testibus. Felinus in c. sicut, de re iud. Crauet. ubi supra. sect. Venio. n. 1. folio 126.* Tandem tituli inualidi confirmatio, vt titulus exemptionis, ab oneribus minus solennibus, confirmatur ex patientia longi, aut longissimi temporis, quia eximens passus est exemptum, vti & gaudere

N. 247.
Immemoriale tempus facit præsumptionem concursus &c.

N. 248.
Malæ fidei præsumptum per tempus longissimum purgatur.

N. 249.
Solennia in rei Ecclesiæ alienatione ommissa ex diuturnitate temporis præsumuntur.

N. 250.
Longissimo tempore exemptio præsumitur.

exemptione per tantum tempus, scilicet longissimum, probatur per *Crauet. de ant. temp. scēt. vidimus. n. 28.*

N. 251.
Non exem-
ptus per
20. annos
libertatem
vectigaliū
acquirat.

Imò, qui reuera exemptus non erat, si per longum tē-
pus 20. annorum, cum ciuibus vectigalia non soluit, sed
subire desuit, cum alii ea persoluerent, acquirit liberta-
tem, vti probat *Vasq. d. c. 64. n. 5. in fine*: quo tamē ego fun-
damento non valde nitor, sed certē sic, vt velit longissi-
mo tempore, probat *Crauet. vbi proximè*; quod sanè pro-
batum, quoad hoc, nemo opinione mea negabit. Et sanè
nos in eo casu minimè versamur, vbi quis absolutē ea
quæ in signum supremæ potestatis, contra Principem
præscribere velit; sed eo casu, de quo loquitur *Baldus in
Marg. in verbo, prescriptio non currit in obedientia*, scilicet vbi
tractatur de præscriptione earum rerum, aut etiam meri
& mixti Imperii, vel omnimodæ iurisdictionis, non ab-
solutē, sed quando est hoc subalternum, & fit de subdito
Principis, quod sanè facilius fieri potest, quia Iura hæc
Imperii superioritate salua, præscribi possunt. *Baldus de
prescript. p. 1. q. 2. nu. 4.* Nam ne sic de omninò non solu-
endis Collectis, sed per quem solui debeant agitur, vbi
tam longa præscriptio non requiritur, cum Archieps di-
cat, vnā cum sua Summa, se soluere pro Monasterio
Collectas.

N. 252.
Iura Impe-
rii superio-
ritate salua,
præscribi
possunt.

N. 253.
Possessio
immemo-
rialis non
est præscri-
ptio, sed cō-
suetudo.

N. 254.
Consuetu-
do inter-
pres legum
& extendit
priuilegiū.

Sed hoc vltimò addam, hanc possessionem, cuius ini-
tium memoria non extat in contrarium, non esse præscri-
ptionem, sed consuetudinem, vt probat *Vasq. vbi supra.
c. 83. nu. 22.* vbi ineptè dici præscriptionem probat; sed
notum est consuetudinem non solum optimam esse le-
gum interpretem, l. minimè cum l. si de interpretatione simili-
bus. ff. de ll. sed & extendere priuilegium, vt per *Innocent.
in c. fin. in 3. col. 5. Glos. in verbo: supradictō modo, de officio Ar-
chid. Baldus in tract. de pactis in fin. interpretatur.* Igitur &
hec possessio seu consuetudo, non solum prædictum pri-
uile-

uilegium, sed extendit ipsam possessionem, quia ergò Maximilianus I. & Carolus V. nullam possessionem Monasterii adimit, imò potius confirmat, istis verbis: *sicut eadem (scilicet Ius inuestitura, Regalia, feuda) bona memoria sui praedecessores Archiepiscopi Treuren: haectenus habuerunt seu possederunt, seu ipse Ioannes habuit; Nec vlla alia ostēditur, eum aut suos maiores habuisse possessionem, quam eam, quæ ab illo probata est; ergò eam obtinebit meritò, donec, iuxta ordinationem Imperii, aliud doceat Fiscalis.*

Et quia siue sint hæc vel verè, vel præsumptiuè probata, sequitur tamen probatum pro Archiepō, vt absolutè omninò debeat; cum apertissimè Imperii Recessus requirat, debere eum de vnica saltem solutione, eo casu, intra hominum memoriam facta, docere, quod ex prædictis, cum in possessione sit Archiep̄s, necessarium habet, etiam ex Iure communi.

N. 255.
Vnica solutio, hoc nostro casu sufficiens est.

Dubium mihi iam ex istis non est, quin quoad aliquot modos, quos initio elisionis posui, intentio Fiscalis elisa sit; sed id magis per refutationem aliquot eorum, quæ initio posui, indubitabile efficiam; possessionem enim libertatis per immemorabile tempus, probatam puto, & sic præscriptionem.

Non obstat siquidē concessa infeudatio Regalium & Temporalium per ea, quæ initio præmissi; deinde quamuis ex eo, quod quis possidet Iura Regalia, habeat Iuris præsumptionem contra se: cum Regalia nemo priuatus possidere possit, *Afflict in d.c. Imperialem, versu Illud. n. 12.* tamen idem addit, hoc elidi posse; si priuatus ostendat Ius sufficiens, puta priuilegium vel consuetudinem tanti temporis, in cuius eōtrarium, hominum memoria non existit, quæ habet vim Priuilegii, & sic patet per istam præscriptionem & Priuilegium hoc elidi posse. Accedit quod Archiep̄s priuatus non est, & de ea præsumptione

N. 256.
Regalia, priuati, priuilegio aut tempore immemorabili possidere possunt.

N. 257.
In Imperio
subalterni
status rega-
lia habent.

N. 258.
Quæ requi-
rantur in
præscri-
ptione col-
lectarum.

dubitari posset, quam *Affict.* in Regno obtinere probat; Nam in Imperio & subalterni Status, vt multi Nobiles, sub Ducibus Imperii degentes, habent Regalia, & tamen non sunt Status Imperii; sic quoque feuda ab Imperio, priuilegia aut Iura, non efficiunt, vt quis sit Status, etsi præsumptionem pro Imperio esse non nego; que tamen elidi potest, prout hæc elisa est: plura requiruntur; 1. quod prætendens talem præscriptionem, probet se fuisse, aliquo tempore requisitum, vt Collectas solueret; 2. aliquod factum præscribentis; id est conditio & recusatio soluendi; 3. bona fides; 4. scientia & bona fides, vt latè tradit *Francis. Balbus in tract. de præscript. 2. p. 5. partis. q. 7. n. 4.* quæ hic non deesse existimo, vt infra patebit; tamen tandem distinguit, quod aut interuenerit titulus, saltem coloratus, vt concessio immunitatis, licet inuvalida, & dicit, sufficere tempus 40. annorum, concurrente eo, quod dicto tempore aliqua Collecta generaliter fuerit imposita, & nunquam soluta, licet requisitio & interpellatio non interuenerit, vt per *Alex. cons. 30. vol. 5.* aut non interuenerit titulus aliquis coloratus, sed verus existat, quod scilicet omne Ius, quod habuit Imperator, cum Iure *fisci*, habeat Archieps; Ergò ista 4. non requiruntur, sed sufficit Fiscalem ipsum attestari, q̄ tanto tempore, so weit hinder sich zu finden/ er angelegt/ & quod nihil solutum sit.

N. 259.
Abbas
semper
angelegt/
sed non
soluit.

N. 260.
Responsio
ad obie-

Quod semper sit *Angelegt*/fatetur Fiscalis in 6. articulo, quod non soluerit, verò nec Abbas, nec Archieps, fatetur in 12. & 13. articulo, & se opposuerit; Ex quibus possessionem libertatis & præscriptionem sic puto probatam. Nec deest hic, titulus & bona fides, vt ex antiquis instrumentis constat, tametsi per tantum tempus præsumatur, vt supra probaui. Deinde nunquam quicquam solutum esse, ad prædicta confirmanda, sic quoque puto
prq-

probari posse i. quia probatum est, in Ep̄i fuisse Anschlāgen/ci q̄; immemoriali tempore fuisse contributum, sed nemo præsumitur duobus in locis contribuisse; si enim Archiep̄o Imperii Collectæ datæ sunt, non præsumendum easdem Imperio datas, ab eodem, cum iniquum foret, pro eadem re duplici onere grauari *l. nauis. §. cum aut. ff. ad l. Rhodiam de iactu. Gloss. in l. sicum dote. §. si pater. in verbo. tantum. ff. sol. Matrim. l. Titia. §. 2. ff. deleg. 2.* quod & ipsa Constitutio Imperii fieri non vult; Si ergo Archiep̄s ab immemoriali tempore fuit in possessione collectandi; Ergo sequitur Fiscalem non fuisse; cum duo in solidum eandem rem possidere nequeant; *l. 3. §. ex contrario. ff. de acquir. possess.* Ex quo sequitur, quod probata possessione collectandi ab Archiep̄o, probatum est Fiscalem in possessione non fuisse, donec contrarium probet Fiscus.

Isti articuli negatiui, quod Fiscus nunquam fuit in quasi possessione iuris collectandi, probantur ex eo, q̄ Testes dicant, se maiores 50. annis, & quod semper ita viderunt & audiuerunt, nec vnquam audiuerunt dici contrarium, etiam quod fuit communis opinio, prout nostri Testes dicunt, & hoc sufficit, *Paris. cons. 104. n. 121. vol. 1. cons. 112. nu. 23. eodem. Sic Alexand. in cons. 90. lib. 6. n. 6.* vbi ait: quod antiquum Instrumentum idem operetur, quod fama, & quod sufficiat communis opinio, saltem vt reiciat probationem in contrarium in Aduersarium. *n. 7. ad quod facit, quod tradit Bart. in l. 2. §. Idem Labeo. ff. de aqua pluui. arcend. n. 7.* vbi quærit: quomodo possit probari memoriã non exstare, cum sit negatiuum? Respon- det, probari, quod talis opinio sit; Idem est, si quis diceret, Martinum non occidisse Sempronium, non potest probari, sed debet probari, inquit, quod fama est, quod Martinus non occidit: deinde, quamuis Testes, deponentes super negatiua, debent reddere rationem sui di-

tionem iã dictam.

N. 261.
Nemo duplici onere de eadem re grauari debet.

N. 262.
Duo in solidum eandem rem possidere nequeant.

N. 263.
Articuli negatiui, quod Fiscus nunquam fuerit in quasi possessione iuris collectandi probantur.

N. 264.
Negatiua quomodo probetur.

Et, etiam non negati; hoc tamen non procedit, cum deponunt aliter verosimile, & id quod dicunt, faciliter est illis cognitum, & satis est; quod implicite, siue explicitè, se dicant fuisse præsentem, non vidisse hoc fieri, nec opus est dicere, quod aliter non potuisset esse, quã viderint; Et hoc præsertim in iis, quæ verissimiliter sciri possunt, locum habet; hæc traduntur *in d.c. tertio loco. n. 4. de probationibus*. Sed Testes, si eiusmodi sunt, vt qui aliquando interfuerunt, & solebant interesse Collectationibus; Item Secretarii, Canonici & Status Archiepatus Treuirensis: Item probatur alio modo, quod Collectæ non sint solutæ Imperio: probando enim, quod res se aliter habet, probatur rem se non ita habere. *Alex. cons. 168. nu. 2. vol. 5.* & probando, quod quis Iurisdictionem habet, probatur quod alius non habet. *Alex. cons. 42. in fin.* Item ex eo, quod Ius ad alium pertinet, ad me non pertinere, probatur, *Decius cons. 271. nu. 3.* Et probatur eodem modo per eos Testes, per quos affirmatiua, ex consuetudine, vel communiter accidentibus fieri consuevit. *Decius cons. 233.*

N. 265.
Probando
quod res se aliter habet,
probatur
rem se non ita habere
&c.

N. 266.
Interruptio
præscriptio-
nis, no-
stio casu
non probatur.

num. 4. Paris. cons. 87. nu. 3. & sic absque onere Statum ad Archiepiscopum pertinere puto. Ex iis quæ supra de præscriptione dicuntur, non obstat, si quis de interruptione dicat, quia Fiscalis non concludenter eam interruptionem allegat, multò minus probat. Et si enim dicat semper, *So fern hinder sich zu finden* / (quod tamen nusquam probatum apparet) suis Prædecessoribus mandatum, vt contra dictum Abbatem procedant, tamen hoc dicitur, non semper factum, sed aliquoties, vt in articulo positionali 8. sed hoc in nouissimis verificari potest. Contrarium tamen videtur apparere per Fiscalis Marci literas, ad Archiepiscopum scriptas. Sed nec hoc sequitur, per *Anschlag* factam esse interruptionem præscriptionis, sed potius per hoc fortificatur præscriptio, vt ex superioribus patet, & si ma-

si maximè non adsit præscriptio, tamen sufficit immemorialis possessio, cum Constitutio Anno 1548. ipsa hoc dicat; Nec hic quicquam operatur, quod addi posset; imò Anno 1510. primùm cœpisse controuerti de causis exemptionum, & sic de hac quoque idem factum præsumendum. Dupliciter enim respondeo, quia non constat primùm An. 1510. de hac cœpisse controuerti, quia non apparet pbatum. 2. Imperatorem & Status sciuisse Anno 1548. eas causas iam dudum controuersas, & tamen Anno 1548. primò sanxisse, quod eo non obstante, tempus immemoriale locum habere deberet, tunc enim primùm iubet Constitutio, Fiscalem debere agere contra exemptos, & quæ antè facta sunt, nullius esse momèti, quoad Fiscalem, decernit. Postremò, præscriptione opus non est, vt qui id aliis Concessionibus & legitimis titulis habet. Puto ergò ad minus tantum probatum, vt onus probandi cōtrarium, reiectum sit in Fiscalem. Vltimò quoq; modo alio elisionis, tutus est Archieps & Abbas, quod videlicet sit priuilegiatus ab istis oneribus: id enim Ottonis Priuilegium, Abbati datum, Anno 984. quinto Calendas Iulii, fol. 20. Henrici, datum 2. Calendas Septembris, Anno 1023. confirmatum à Carolo IV. & reliquis, & pro Archiepo idem facit Maximilianus I. in dicto Priuilegio, 1. Iunii, Anno 1595. dato, vbi nonnulla prædia, inter quæ & hæc Monasteria, quæ adiecta sunt Archiepatus, libertat (vt loquitur) & adiicit.

Quotquot ergò modi exprimuntur in Constitutione, secundum quos elidi posse vult intentionem Fiscalis, quorum tamen quilibet per se sufficit, elisam puto: 1. scilicet, eò, quod Status suus sit, & semper sit habitus, de quo dubium non est, quod Sibi subiectus; Item, quod

S 2

Ei &

N. 267.
Obiectio
ex constitutione de
anno 1510.
sumpta re-
soluitur.

N. 268.
Qui alium
titulum
habet, præ-
scriptione
opus non
habet.

N. 269.
Fiscalis in-
tentio eli-
ditur ex
priuilegiis
Imperato-
rum.

N. 270.
Abbas S.
Maximini
Status Ar-
chiepisco-
patui sub-
iectus.

Ei & Imperio nunquam contribuerit; Item, quod præscripserit legitimè; Item; quod sit priuilegiatus. Quare ego non aliter nisi elisam dicere possum, & in Fiscalem onus probandi reiectum; quod concludendo amisit, restituyendo in integrum recuperare potest.

N. 271.
Abbas S.
Maximini
quo respectu
in Matricula
inueniatur.

Pergamiam reliqua, quæ obstat videntur, refutare; Matricula primò non obstat; i. enim in Matricula tanquam Status non continetur, nec sic in ea inuenitur, sed tantum indicatur, confirmata esse eius Monasterii Priuilegia, prout ea, quæ multis sæculis habuit, ab Imperatoribus & Regibus Romanis; ex quo ego certi nihil ad hanc rem concludere possum. Deinde ratione nihil facit, quod nullam ego Matriculam producam, nec inuenio, & ea, quæ adesse dicitur, pro Matricula, vix agnosci possit, imò, ne characterem quidem, aut extimum, quod dicunt, neque enim hoc aut titulum, aut Scriptoris ignotam manum, aut ipsius in cuius inuenta dicitur Archiuo Archiepi attestacionem, aut vllam rem aliam;

N. 272.
Fisci annotationibus
nudis &
propriis non
habetur fides.

præter vnus Fiscalis nudam assertionem, attestari video; cum tamen Fisci annotationibus nudis, & propriis non habeatur fides, per text. *l. exemplo. Cod. de prob. ne quid dicam, quomodo confecta sit, cuius iussu, quo præsentem, an cum causæ cognitione nec ne, aut quis eam denique conscripserit; sed scriptura talis, præsertim cuius manus ignoratur, nullam habet fidem. Baldus in Rubr. Cod. de fid. Instr. l. bone fidei. ff. de acquir. Rer. domin. Bart. in l. scripturas. C. de fid. Instr. Speculat. de Instr. edit. §. nunc videndum, & solus modus suffecerit Recessus Imperii, qui has scripturas nunquam, quod sciam, Matriculam, sed Anschlag*

N. 274.
Ex Anschlag
Secus Imperij non
infertur.

appellat, in §. Hette aber &c. aperrè ostendit, non multum fidei habere, cum ea non obstate, si nihil exemptus contribuit, postea ad contribuendum cogi non debet, prout etiam ex §. Diuweit dem/ &c. expressè insertam esse declarat,

rat; imò nonnulli Status inscripti ignorantur prorsus, sintne in rerū natura, vt in §. *Uß auch/ vnd Diweiß/x.* vbi disertis verbis dicitur, nonnullos esse, de quibus incertum sit, pertineantne ad Imperii *Anschlåg* nec ne; Igitur quod ex istis *Anschlāgen* / quæ absente parte plerumque fieri solent, inferatur; Ego non video; Et quæ hic latius ad huius rei refutationem dici posse videntur; Ego me remitto ad ea, quæ habet prædictum *Votum* meum *Fiscalis*, contra *Niedegeßhausen & Braunschweich*.

Quod verò ad exemplata *Priuilegia* *Abbatis* attinet, non puto ea vlllo modo contraria esse *Archiepi* *Priuilegiis*; non enim sub alterius potestate est, qui est sub potestate *Vicarij* *Imperatoris*, præsertim longè diffiti, est ergò *Imperatoris* loco, vt iustè dicere posset *Abbas*: Sum sub *Imperatore*, sed *Archiepiscopus* est mihi eius loco: quod si hanc interpretationem capere nō deberent *riuilegia*, in priores difficultates incideremus, aut certe dicendū, ista *Priuilegia* subreptitia, quia *Archiepi* *Priuilegium*, à *Friderico Barbarossa*, *Abbatis* præsentia testatur, vbi de confirmatione antiquorum *riuilegiorum*, præsertim *Regis* *Conradi* restitutio proprietatis, dominiij vel quasi *Monasterij* & possessionis approbatur. Idq; est recentius *Abbatis*, ob id protestari de eo debebat *Abbas*, & sic ei priora *riuilegia* nō prodesse videntur; quia iis renunciaſſe per hoc apparet. Sic nec antiquissimum *Priuilegium*, quod *Archiepiscopo* omne suum *Ius* adiudicat, cum an præsens fuerit non constat, nec an iudicialiter, tum quod per sententiam in priori aliud restari videatur, posteriora verò post *Friderici Barbarossæ* *Priuilegium*, cui adscriptus est *Abbas* ipse, ob malæ fidei præsumptionem, procedere non possunt.

Si maximè ista nō adessent, quia tamen per tantū tempus, immemoriale scilicet, passus sit se vocari ad *Conuentus*,

N. 275.
Concilian-
tur priuile-
gia Archie-
piscopi &
Abbatis.

N. 276.
Abbas si
riuilegia

habuit, iisdem renūciauit.

N. 277.
Priuilegiū per non vsum, & contrarium vsum tollitur.

N. 278.
In proprio interesse litteris propriis standum non est.

N. 279.
Priuilegiis Maximilianī I. & Caroli V. omnia contraria sunt sublata.

N. 280.
Princeps quando iurisdictionalia auferre potest.

N. 281.
Vis clausula ob beneficia.

uentus, inscribi, pro Subdito haberi, contribuerit quoque, imò si quando Fiscalis, vt nonnulli Testes testantur, eum ad contribuendum vocauit, opem Archiepiscopi inuocârit, certè Priuilegio suo renunciaffe videtur. Et si etiam priuilegium alias non solum per non vsum, sed per contrarium vsum, & vnicum actum, etiam quando est in esse productum, tollatur momentaneum, puta ex concessione Principis vel legis vel statuti. *Iason. in d. l. beneficium nu. 58. vers. 7. limita. Crauet. cons. ciuil. 5. nu. 8.* tamen in Ecclesiasticis personis certū est per 40. annorū spatium, si non vtantur, perdi priuilegium, vt ex iis, quæ à *Bart. & Alex. in l. 1. Cod. de his quæ sponte publica munera subeunt lib. 10.*

Cui quamuis assertioni standum est, tamen hoc verum est, nisi tractetur de proprio interesse: nam si de eo tractetur, tunc in præiudicium alterius, suis litteris aut verbis standum non est, & præsumendum tunc ex mala informatione hoc facere. *Decius cons. 606. nu. 12.*

Videmus quoq; per Maximilianum I. & Carolum V. Imperatorem omnia contraria esse sublata: Sic quoque ea Priuilegia, quæ suo hoc iuncto possessioni antiquissimæ contrariari videbantur, idque cum consensu omnium statuum: potest enim Princeps ad libitum reuocare iurisdictionalia, nisi in præmium seruitiorum concessum sit Priuilegium, vt ante probatur per *Crauet. voto 28. nu. 10. & 14.* Et licet Princeps non possit sine causæ cognitione auferre ius alterius, & mihi concederes tamen vbi idem Princeps fuit ille, qui cōcessit, dum poterit auferre, & dum infert alicui præiudicium, tum præsumitur in eo causa iusta, & causa iusta est in Principe, dum reuocat id, quod ipsemet concessit. *Crauet. d. loco. Decius cons. ciuil. 112. n. 3 & 14.* eaque locum habent, in iis, quæ dependent à libera eius potestate, vt in istis Iurisdictionalibus,

libus, & etiam aliis, si non ob benè merita sit facta concessio, *Ibidem*, & *Cræuet. in lib. de antiq. temp. sect. 2. nu. 32. & 33.* Imo & in reliquis casibus, quando Princeps disponendo cū clausula ex certa scientia aliquid agit, semper in eo præsumitur iustitia causæ, adeò vt non admittatur probatio in contrarium *Cræuet. conf. 100. nu. 17.* Vbi testatur, statim standum esse suæ assertioni, nec in dubium reuocari debet, vbi aliquid ex certa scientia facit, *ibi nu. 7. & nu. 11.* sic quoque motu proprio rescribens, excludit omne vitium. *Idem conf. 99. nu. 13.* & etiam si Priuilegium apparet concessum ad postulationem partis, tamen non excluditur, quin etiam motu proprio possit dici concessio, & ita *ibidem nu. 22.* Et præsertim, quando benemerita concurrunt, præsumitur motu proprio facta concessio. Et cum vtitur Princeps clausula de certa scientia, validat, alias inualida, *d. conf. 99. nu. 18.* Et Clausula supplens omnes defectus (quæ hic quoque est) facit, vt Princeps videatur vti voluisse suprema potestate, & quod cum ista & clausula non obstante, appareat omninò facta singularis expressio omnium facientium in contrarium, & voluisse auferre Ius tertij, quomodocunque quæsitum, etiam subsecuta clausula non obstante. *Cræuet. d. conf. 100. nu. 44. & 46.* & potest Princeps euacuare & auferre Iurisdictionem à suis Iudicibus in certis casibus, verum etiam contra personas certas priuilegiatas & Ecclesiasticas, *ibi nu. 47.* & clausula cum deliberatione nostri consilij ostendit præsumptionem informationis præcedentem. *ibid. nu. 48.* Nec facit contra hoc, si quis dicat imò in Archiepi priuilegiis apparere, ea esse ob benè merita data, quæ, vt dixi, non possunt ita reuocari: beneficium enim seu Priuilegium datum ob benemerita, & seruitia, non pendet ex voluntate concedentis & autoritate, sed ex Iure quæsito, & nullatenus reuocari potest, quam

N. 282.
Ex certa
scientia.

N. 283.
Ex motu
proprio.

N. 284.
Clausula
supplens
omnes de-
fectus.

N. 285.
Princeps in
certis casibus
euacuare &
auferre iurisdictionem
à suis Iudicibus potest.

N. 286.
Vis clausulæ
ob benemerita.

communiter sequuti DD. opinionem, *inc. nouit. de Iud.* restatur. *Grauet. d. cons. 100. nu. 60.* Cum etiam Deus ex obligatione obligetur. Idque in tantum ait procedere, quod nec etiam de plenitudine potestatis possit contrauenire. Idque *nu. 63.* & ne Successores quidem in Imperio *nu. 67. 68. & 69.* Ita capit *Decius consil. 121. num. 16. & Decius consil. 176. n. 1. Felin. in d. c. nouit.* & remuneratio benemeritorum facit, vt bona aliàs prohibita donari, vel alienari, possent remunerari in remunerationem seruitiorum. Idque tantò magis, si inueniantur geminata rescripta. *Grauet. d. cons. 99. nu. 26.* & assertioni suæ, ob benemerita factum, credendum: cum tali casu Decurionibus credatur asserentibus se fecisse donationem ob benemerita. *Decius consil. 191. Alex. consil. 33. vol. 4.* à fortiori ergò dicendum est in Principe. *Grauet. d. cons. 100. nu. 52.* & sic apparet Priuilegiis hisce per posteriora esse derogatū,

N. 287.
Antecessor
non potest
legem po-
nere Suc-
cessori.

idque fieri potuit ab Imperatoribus, cum Priores non potuerint legem imponere Successoribus, à qua recedere non possent, *c. fin. de rescriptis. in 6.* cum par in parem non habeat imperium, *l. nam & Magistratus. ff. de recept. arbitris.* præsertim si non adsint benemerita, vt supra; Ac-

N. 288.
Priuilegia
iuxta men-
tem Imper-
atoris in-
telligenda.

cedit & alia ratio, quod *Imperator Electorum Priuilegia iuxta Auream Bullam reuocare non potest.* Deinde possunt intelligi illa Priuilegia secundum mentem Imperatoris, vt videlicet nulli subsit Monasterium, nisi Imperatori, aut Vicario eius perpetuo, & quia in istis Priuilegiis dicitur, quod non debeant esse sub vllius potestate, nisi Imperatoris, intelligitur, nisi aliud placuerit Abbati, & aliud videtur placuisse, quod se ipsum postea alii submiserit, tantquam Vicario Imperatoris. Nam sic habetur in Ottonis Priuilegio de Anno 946. *Sed neque vllius prematur ordinationis potestate, absque voluntate electi Abbatis.* Ex quo apparet potuisse se Abbates tradere sub alicuius ordi-

ordinariam potestatem, fol. 1. Item non debere esse sub
vllius tuitione, nisi Imperatoris, cum tamen fateantur,
Luxemburgicam habere Aduocatiam; Ergo derogatum
his Priuilegiis.

Porro nec inuersa possessio dici potest, quia possessio
dicitur subuerti, quando is possedit, qui eam inuertisse
dicitur, nam qui rem possedit, is nullo modo possessio-
nis causam mutasse dici potest. Text^o est expressus in l. 3.
§. *Illud quoque. ff. de acquir. possess.* Quare si Archieps posse-
dit vnquā, certē pręsumitur ex titulo pręambulo, scilicet
Iure proprietatis, & ex causa attinentiarum, possedis-
& sic meritō tuendus est in sua possessione; aut non pos-
sedit, sic nihil, nisi merum Ius Inuestiturę habuit, & non
potest dici subuersio possessionis, quam nunquam ha-
buit; sed nos ex centenaria possessione aliud monstrasse
putamus; si nostro isto titulo data non fuit possessio; Er-
gō quę non fuit, nec subuerti potuit; Deinde non facit,
si quis dicere velit, eum possidere, cuius nomine possi-
detur. l. *quod meo. §. 1. ff. de acq. possess.* & qui alieno nomine
possidet, non pręscribit; quia autem fatemur eum possi-
dere, & certum est non alieno, sed suo nomine posside-
dere, vigore Priuilegiorum & possessionis, quę tam re-
centia, quam vetera ostendunt, etsi alieno nomine inue-
stiat, tamen fructus & pertinentia sibi applicat. Neque
enim perrarum hoc est, aut temporalis concessio, sed
perpetua; Ergō suo Iure hoc facit; nec Colonus aut Cō-
modatarius; & sic credo, quoad vtile dominium, eum
possidere pro suo.

Quod verò vltimo loco dixi, Archiepū ab imposi-
tione Collectarum appellare debuisse, per ea, quę tra-
dit *Iason in d. l. beneficium. nu. 59.* cum aliis LL. supradictis.
Ad hoc respondeo, quia primū hoc intelligitur pro-
cedere, si vocata parte, vel ea sciente, descriptio fiat,

N. 289.
Causam
possessionis
nemo sibi
mutare po-
test.

N. 290.
Possessio
Archiepis
scopi nun-
quam sub-
uerfa.

N. 291.
Archieps
iura Mon-
sterii quo-
ad vtile do-
minium
suo iure
possedit.

N. 292.
Resolutio
obiectionis
Archiepum
ab imposi-
tione col-
lectarum

T

Ang.

appellare
debuiffe.
N. 293.
Non appel-
lans quan-
do excu-
setur.

Ang. Thomat. de Collect. retenta. nu. 33. pag. mihi, 511. Deinde etiam hoc nostro casu procederet, cum ad nullum potuiffet appellare; quando enim impedimentum est, vt Notarius & Appellans nihil posset facere, vt si in loco semper est bellum, nunquam redditur Ius, aut simile; excusatur Appellans, adeò vt opus non sit protestatione, latè hoc deducitur *in repert. ad Felin. in Versic. Impeditus agere.* sed quia tale impedimentum hic est, cum ap-

N. 294.
Vbi appel-
latio dene-
gatur, pro-
testatione
opus non
est.

pellari nullo modo possit; Cum appellatio ei apertè denegaretur; Ergò nec protestatione opus fuisset, *Castrens. cons. 280. visis his in 9. col. vers. nec obstat. Alex in l. 2. §. quod diximus. ff. si quis caut. Felin. in c. transmissa. n. 6. & 7. de prescript.* Ratio est, quia non tenetur quis facere, quod factum non releuat, nec prodest, vt *ibidem per Felin.* Deinde si alio modo, quam per protestationem appareat ita fuisse videlicet, sufficit, cum non referat quid ex æquipollentibus fiat, *Felin. d. loco n. 7.* Impedito agere, præscriptio non

N. 295.
Impedito
agere, præ-
scriptio nõ
currit.

currit, & impedimentum ipso facto subducitur de medio, *Felin. ibid. n. 8.* addens, qd si Papa mille annis contulit Ecclesiã, vt reseruatam, per hoc non est præscriptum contra habentem Ius confirmandi, quia nõ potuit agere, & hoc quoad tempus, quo sciuit, & ab eo certa petita est Contributio. Nam quod ad §. *Anschiäg* attinet, cū sint prorsus informia Registra, cuius nec author, nec annus, nec dies, nec causa scitur, quod vel ipse testatur Imperii Reccessus: nec obstat, cuius iussu vel imperio confecta sint, presente vel absente parte, non puto ex iis quicquam inferri posse, cum ea in re, prorsus nulla appellatio necessaria sit.

N. 297.
Subditi &
Vasalli
pro Domi-
no quando

Restat respondere ad vnum, quod de Testibus familiaribus & domesticis obiicitur, possunt enim Subditi & Vasalli pro Dño esse Testes, nisi Dñs volentes testificare, opprimere soleat, *Bald. in l. Testes. ff. de Testib. idq; procedit.*

cedit in Subdito generali subiectione, vt Regis vel Ducis; non speciali, vt est seruus, vt per. *Bal. ibidem, & Bart. l. id opere. ff. de test. Felin. in cap. in litteras. n. 3. de Testibus. & ibi Iohan. Andr.* alioquin dicunt magnum sequuturum absurdum, quod videlicet magnus Princeps vel Prælatuſ non fit habiturus Testes, vt per *Specul. de statu Monachorum. §. 1. vers. 12. & hanc omnes tenere, & sic communem esse testatur Idem Felin. in c. in litteris. & ibi Abbas de Testibus.* Nec officit Iuramentum Archiep̄o ratione feudi præstitum, vt magis Archiep̄o quam Imperio additi, videri possint; Cum in omni Iuramento, Superioris & ita Imperatoris, Ius & authoritas sit excepta, *Felinus latè in c. constitutis. nu. 10. & 15. de rescript.* Accedit quod hæ personæ sint valdè honestæ & honoratæ, quorum fides inconuulsa manet, ob familiaritatem domesticam & alia, prout *Felin. in d. c. in litteris. n. 4. tradit.*

testari possunt.

N. 298.
Iuramentum non impedit, quo minus Vasallus pro Domino testis esse possit.

Nec obstat quod dixi præualere debere id, cui accedit confessio Archiep̄i, Abbatis, & Imperatoris: quia confessio Archiep̄i non est simpliciter, sed qualificate; quod videlicet sit membrum Imperii, sibi tamen subiectum, aut cuius onera vel Collectæ ad se spectant; Et igitur confessio ista, cum vnum & idem sit Capitulum, non potest pro parte accipi, & pro parte non; alioquin actus agentium contrarium operarentur. *l. non omnis. ff. si cert. pet.* Confessio enim qualificate non potest pro parte accipi, pro parte verò non: *Iason. in l. manifestè, circa finem. ff. de Iure-Iurando, nec debet extendi contra confitentem. Alciat. in reg. 2. præsum. 21. n. 10. fol. 195. & verba confitentis in dubio, debent intelligi in fauorem ipsius confitentis.*

N. 299.
Confessio Archiep̄i Monasterium membrum Imperii esse, non præiudicat.

N. 300.
Confessio qualificate non potest pro parte accipi, pro parte verò non.

Et si quæ alia obstare videntur, iis abundè responsum credo in votis Dñorum, in causis exemptionum Fiscalis contra *Riedegeshausen. Item & S. Egidium.* Et propterea ego concludo absolueudos reos expensis compensatis,

N. 301.
Remissio ad alia vota, in similibus causis data,

N.302. *Conclusio,* reos absol- uendos ex- pensis cō- pensatis. tis, & quia per ista onus probandi saltem, si nihil aliud, in Fiscalem coniectum patet, imponerem ei hoc, nisi renunciādo per conclusionem, videretur se id facere non posse: si tamen veniat intra quadriennium, & offerat se ad probandum contrarium, petendo restitutionem in integrum, hoc ei concedam, saluis Dominorum melioribus deliberationibus & votis.

N.303. *Monaste- rium quo respectu membrum Imperij sit.* Pro conclusionis hesternæ declaratione dico, me ea non negare, prædictum Monasterium esse membrum Imperii, cum ipse Archieps hoc fateatur, sed mediatum; nec quoad hoc elisam intentionem Fiscalis: sed tamen quia hoc in alium finem non videtur dicere Fiscalis, nisi vt principaliter habeat Collectas, & quoad functiones, omninò elisam puto suam intentionem, nec possum quin Reum absoluam; Cum quis possit esse Dñs directus, alio habente vtilitatem rei, vt præter ea, quæ supra dixi in vsufructuario, qui omnem habet vtilitatem, nedum Emphiteuta, feudatario, conductore, ad longum tempus, patet; qui vsufructuarius possidet fundum naturaliter, fructus verò quasi possidet naturaliter & ciuili- ter. *Bart. & DD. in l. naturaliter. in princ. ff. de acquir. posses.*

N.304. *Fructus v- sufructua- rius quo- modo pos- sideat.* Hæc est communis, asserente *Alex. ad Bart. ibidem Iason. in 4. qui quoque n. 10. & 11. dicit; Vsufuctuarium esse Pro- curatorem in rem suam; Item Vsufuctuarium dici Pro- curatorem Dñi. vt in l. 1. ff. de vsuf.* ad ea facit quod præ- misi; volui tamen reseruare Ius Imperii saluum.

N.305. *Vsufu- ctuarius di- citur pro- curator Domini.* N.N. adiudicat cum onere.

N.N. Sine onere.

N.N. Adiudicat sine onere, propter §. Ex Imperij & c. §. oder aber / & propter 2. defensionalem.

N.N. Sine onere.

N.N. Similiter sine onere. N.N. Sine onere.

Lit-

Littera K.

SENTENTIA CAMERÆ SPI-
rensis, supremi Imperij Romani Tribunalis,
pro Archiepiscopatu Treuirensi, & Abba-
tia Sancti Maximini, contra Cæsareum
Fiscalem, in puncto Exemptionis, An-
no 1570. lata & publicata.

IN causa exemptionis Cæsarei Fiscalis Actoris ex vna,
contra & aduersus Dominum Iacobum Archiepisco-
pum Treuirensis, Electorem eximentem, & Abba-
rem Sancti Maximini exemptum Reos altera partibus,
exhibitis consideratis, in iure decernitur, nominatos
Reos ab actione institutâ absoluendos esse,
prout hiscẽ absoluimus, expensas iudiciales cer-
ris ex causis hinc inde compensantes. Publicata Spiræ
die 17. Februarij Anno 1570.

N. 306.
Tenor sen-
tentie
Came-
ræ Impe-
rialis Spi-
rensis anno
1570. late &
publicatæ.

Ad Mandatum Domini Electi
Imperatoris proprium

Wernerus Koch D. Præfectus.

Panthaleon Klein Licent.
Iudicij, Camera Imperialis Pro-
thonotarius.

T 3

Lit-

Littera L.

CONFIRMATIO REGALIVM,
à Moderno Imperatore Ferdinando II.
Philippo Christophoro Archiepiscopo
Treurenfi ac Principi Electori,
Anno 1627. data.

In Nomine Dñi, Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis, felicitèr Amen.

FERDINANDVS Secundus, Diuina fauente Clemencia, Electus Romanorū Imperator, semper Augustus; ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ, &c. Rex; Archidux Austriæ; Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Stiriz, Carinthiæ, Carniolæ, &c. Marchio Morauiz, &c. Dux Lucemburgiæ, ac Superioris & Inferioris Silesiæ, Wirtembergæ & Teckæ; Princeps Sueuiæ; Comes Habsburgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi & Goritiæ; Landtgravius Alsatiæ; Marchio Sacri Romani Imperii Burgouiæ, ac Superioris & Inferioris Lusatiæ; Dominus Marchiæ Sclauonicæ, Portus Nao-nis, & Salinarum, &c.

Sequuntur Imperatoria Regalia & Priuilegia.

N. 307.
Confirma-
tio Regaliū
moderni
Imperato-
ris Ferdi-
nandi II.

ET NOS FERDINANDVS, Diuina fauente Clemencia, Electus Romanorum Imperator, semper Augustus, Imperiales pariter & Regales literas, Concessiones, Donationes, Confirmationes, Innouationes, sic vt præmittitur, integras & sigillatas vidimus, ac de verbo ad verbum legi & auscultari fecimus diligenter, ac eiusdem PHILIPPI CHRISTOPHORI, Archiepiscopi Treurenfis supranominati supplicationi prædictæ, clemen-

menter annuentes, ipsas literas, omnes & singulas, & earum quamlibet, in solidum, & signanter consensum, & ratificationem sacri Romani Imperij Principum Electorum, de teloneo ex oppido Confluentia Fluminis Mosellæ in oppidum Valender aut Hammerstein Fluminis Rheni transferendo, prout de nostro mandato, in presenti volumine, transcriptæ & transumptæ sunt, cum omni earum effectu, in singulis suis articulis atque punctis, confirmamus, easque gratas & ratas habentes approbamus, ratificamus, & sub earum tenoribus de nouo concedimus, atque in præfato volumine nostræ Maiestatis sigilli appensi fecimus munimine roborari. Volentes, & de Imperiali plenitudine potestatis, decreto perpetuo valituro, firmiter statuentes, quatenus huiusmodi transumptarum literarum volumini, plena & omnimoda fides adhibeatur, & adhiberi debeat, in Imperiali seu Regali ac aliis quibuscunque Curii & Iudiciis, & extra in omnibus locis, vbi exhibitum fuerit, sicuti literis originalibus supradictis, & eandem vim, effectum & vigorem iuris sortiatur & sortiri debeat, ac si literæ originales prædictæ productæ fuerint in effectu; Inhibentes vniuersis & singulis Principibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Nobilibus, Clientibus, Ciuibus & Vniuersitatibus terrarum & districtuum, Ciuitatum & locorum sacri Romani Imperij, qui pro tempore fuerint, cuiuscunque etiam dignitatis, præminentia seu Status existant, fidelibus nostris, & præsertim Magistris scabinorum, Scabinis, Magistris officiorum, Consulibus & ciuibus ac incolis, vniuersis & singulis ciuitatibus Treuirensibus, ne præfatum Philippum Christophorum Archiepiscopum, Successores suos, & Ecclesiam Treuirensis, in perpetuum, aduersus præsens nostræ approbationis & confirmationis, nec non innouationis

N. 308.
Ttanslatio
telonei
Confluentini in oppidum Valender, aut Hammerstein confirmatur.

N. 309.
Transumptarum literarum volumini, ve ipsi originalibus, plena fides adhiberi debet.

N. 310.
Preceptum Cæsareum.

N. 311.
Clausula
derogato-
ria.

N. 312.
Et cassato-
ria.

N. 313.
Defectus in
Regalium
&c. literis
omissi, ex
plenitudi-
ne potesta-
tis tollun-
tur & sup-
plentur.

N. 314.
Communa-
tio pœnarū
in trans-
gressores.

Indultum impediunt, aut sinant quomodolibet impe-
diri, aut impredientibus præstent auxilium, consilium vel
favorem. non obstantibus quibuscunque privilegiis, li-
bertatibus, gratiis vel Indultis, etiam Imperiali, vel lega-
li, vel alia quavis autoritate, ipsis, communiter vel di-
uisim, sub quacunque etiam verborum forma, concessis,
vel impofterum concedendis, cuiuscunque tenoris exi-
stant, etiam si de eisdem, de verbo ad verbum facienda
foret mentio specialis, & clausulas quascunque in se de-
rogatorias continerent, consuetudinibus & statutis qui-
buscunque contrariis, quæ præfatis Principibus, Comi-
tibus, Baronibus, Nobilibus, Militibus, Clientibus, Sca-
binis, Magistris officiorum, ciuibus & incolis Treui-
rensibus prædictis, possent in præmissis vel contra ea
quomodolibet suffragari: Quas & quæ, tanquam Eccle-
siæ Treuirensi totique Reipublicæ præiudiciales, dam-
nosas & contrarias, decernimus cassas, irritas atque nul-
las, ipsasque & ipsa Decreta, nostra scientia, perpetuo
cassamus, irritamus & annullamus, & eis etiam volu-
mus, ac si de verbo ad verbū præsentibus inserta essent,
per præsentibus derogare. Et si qui in præfatis transum-
ptis & transcriptis Privilegiis, litteris, gratiis, concessio-
nibus, inuolutionibus & indultis, iure vel de consuetu-
dine omissi defectus reperirētur, per quos ipsi Archiepo
Successoribus, & Ecclesiæ suæ possent præiudiciū gene-
rari, huiusmodi defectus, de nostræ Imperialis plenitu-
dine potestatis, tollimus, & id quod defecerit vel omis-
sum fuerit, supplemus, & præsentibus haberi volumus
pro adiecto. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc
nostræ concessionis, approbationis, ratificationis, inno-
uationis, consensus, Decreti, declarationis, inhibiti-
onis, Confirmationis, cassationis, irritationis, & de nouo
concessionis, & pœnarū inflictionis, paginam infringere,
re, vel

re, vel ei, quouis ausu temerario, contraire: Si quis autem hoc attentare præsumpserit, pœnam indignationis nostræ grauiissimam, & pœnas, in supradictis priuilegiorum literis, contentas, prout in eisdem & qualibet earum contentæ sunt, singulas pœnas, singulis excessibus referendo, & vltra pœnas præfatas, pœnam mille librarum auri puri, se nouerit toties, quoties contrauerit, irremissibiliter incursum. Quarum quidem pœnarum petitionem, receptionem, & exactiorem plenariam, in contrarium facientes, sicut præmittitur, eisdem Philippo Christophoro Archiepiscopo Treuirensi: Suisque Successoribus Archiepiscopis, eadem authoritate nostra Imperiali, & de certa nostra scientia, committimus, faciendam; & ad hoc Ipsis studebimus & debebimus fauorem & auxilium Imperiale adhibere, Præsentium, sub nostræ Imperialis Maiestatis sigilli, testimonio literarum. Datum in ciuitate nostra Viennæ, die vigesima mensis Septembris, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Vigesimo Septimo, Regnorum nostrorum, Romani nono, Hungarici decimo, Bohemici vero vndecimo.

N. 315.
Executio
pœnarum
contra tras-
gressores
Electori re-
seruatur.

N. 316.
Archieps &
Electo
Philippus
Christo-
phorus à
Ferdinãdo
II potesta-
tem habet,
se in iuri-
bus suis
manute-
nendi.

Ferdinandus.

Ad mandatum Sacræ Cæsareæ
Maiestatis proprium.

Duo von Nostis

Gerhard: à Zwethen.

V

Lit-

Littera M.

EXTRACTVS MANDATI POENALIS, Matthiæ Imperatoris, contra Abbatem, Priorem, & Monasterium S. Maximini Ratisbonâ 12. Octobris anno 1613. è Germanico in latinum fideliter translatus.

Nos Matthias Dei gratia &c.

N. 317.
Præceptū
Cæsareum,
& commi-
natio pœnæ
in trans-
gressores. HINC, autoritate nostra Cæsarea, sub pœna viginti quinque marcarum auri puri, pro medietate Cæmeræ nostræ Cæsareæ, & p̄ alia medietate benè memoratæ suæ Dilectioni Electorali Treuirensi; irremissibiliter soluendarum, seriò vobis per præsentem mandamus ac volumus; vt Tu S. Maximini Abbas, sub pœna priuationis tuorum priuilegiorum, immunitatumque, atque etiam dicti subditi Maximiniani, quàm primum vobis hoc mandatum insinuatum aut denunciatum fuerit, tam restantia subsidia, citra vllam vltiorem tergiversationem, intra sex septimanas proximè sequentes, ab insinuatione præsentis Cæsarei nostri pœnalis mandati; quàm etiam illa, quæ deinceps placita fuerint & conuenta, vt consuerum, soluat, isque satisfaciatis. Alioquin verò si Tu, ac tui Maximiniani subditi, in solutione dictorum extantium, & futurorum subsidiorum, morosi fueritis, tunc eo ipso, Tu, illique non solum in pœnam eiusmodi incidistis; sed Sux Dilectioni, quia Eiusdem possessio vel quasi, præallegato modo, probata est; integrum erit, possessionem habitam manutenere ac tueri, viaque executiua procedere. Ac deinde, vt Tu Sancti Maximini

N. 318.
Imperator
possessio
manutenē-
tiam Ar-
chiep̄o Tre-
uirensi
mandat.

mini Abbas, tuique Maximiniani Subditi, aut quiuis alius, Suam Dilectionem in allegata, antiqua, vsurpata, sententiis Iuribusque confirmata, Iuris Collectandi vel quasi possessione, nullatenus deinceps turbare aut molestare debeatis. Verum si quippiam in contrarium, siue in plenario possessorio, siue petitorio, conquerendum sit, id ipsum, in locis competentibus fiat, & deducatur. Vbi sua Electoralis Dilectio Iustitiæ complementa non retardabit. Tibi insuper Abbati, autoritate nostra supradicta Cæsarea mandamus & volumus, vt Sue Dilectioni causatas, & te autore cceptas supradictas inuisiones Archiepiscopatus, obque violatum Territorium exortos sumptus, atque etiam inflicta Treuirensibus subditis damna, quamprimum debite refarcias & restaures; Et insuper, à similibus concitationibus aliorum Dominiorum, & inuasionum causis, & damnificationibus innocentium subditorum Treuirensium, vnde demum periculosa litium ambages oriri poterunt, abstineas. &c.
Datum Ratisbonæ die 12. Octobris Anno 1613.

N. 319.
Abbatem,
& subditos
Maximianos ad
possessorium
ordinarium
& petitorium
remittit.
N. 320.
Abbas con-
demnatur
in restitu-
tionem
damnorum,
Archiepiscopa-
tui, per in-
uisiones, il-
latorum.

Littera N.

SENTENTIA MODERNI IMPERATORIS FERDINANDI II. SENATUS AULICI, CONTRA ARCHIEPISCOPATUM TREUIRENSEM, PRO MONASTERIO S. MAXIMINI, DIE 3. AUGUSTI ANNO 1626. PRONUNCIATA, È GERMANICO IN LATINUM FIDELITER

translata.

IN CAUSA QUONDAM DOMINI LOTHARII, MODÒ DOMINI PHILIPPI CHRISTOPHORI, ARCHIEPISCOPI TREUIRENSIS,
V 2 Sacri

154 SENTENTIA MODERNI IMPERATORIS

N. 321.
Tenor mo-
dorni Sena-
tus Aulici
Sententiæ,
contra Ar-
chiepisco-
patum Tre-
uirensem,
pro Mona-
sterio S.
Maximini.

Sacri Imperij Electoris &c. ex vna, contra & aduersus quondam Dominum Reinerum, modo Dominum Agritium, Abbatem Monasterij S. Maximini, & eiusdem subditos, altera partibus, in litem deductas cessas & futuras contributiones prouinciales, ac ea propter extractum Mandatum concernentes, productis consideratis, in iure decretum est; dictum Mandatum cassandum & annullandum, prout hisce cassatur & annullatur; vti & vltcrius in ordinario possessorio, principalem causam concernente, decretum est; Agentē Dominum Archiepiscopum & Principem Electorem, se impostero, à præteritis contributionibus abstinere, ac desuper sufficientem cautionē præstare debere: Reum verò Dominum Abbatem, eiusque Successores, ac Monasterij subditos, Imperio, contributiones & indictiones, quocunque tempore, conuentas, immediatè, sicuti & alij immediati Imperij Status, soluere, omniaque alia, quæ alij immediati Status præstare & facere debēt, præstare ac facere obligatos fore, expensis iudicialibus, hinc inde factis, ex causis mouentibus, compensatis. Signatum Viennæ sub Cæsareæ Maiestatis impresso secreto, die 3. Augusti Anno 1626.

V. L.
Peter Henrich
von Stralendorff

Locus si-
gilli.

Johan Soldner. Dr.

Lit-

Littera O. N. I.

LITTERÆ AD MODERNVM
Imperatorem Ferdinandum II. ab Electore
N. in causâ Monasterij S. Maximini, de da-
to 1. Decembris Anno 1626. è Germa-
nico in Latinum fideliter
translatæ.

CÆS. Maiestas Vestra dignetur ex adiacentibus cle-
mentissimè percipere, ex quibus causis mouenti-
bus, Coelectoris mei Treuirensis Dilectio, me amicè re-
quisierit, pro præsentibus litteris ad Maiestatem Ve-
stram exarandis. Etsi iam certò compertum non ha-
beam, in quo cõtrouersia, inter benememorati Electo-
ris Dilectionem & Abbatem S. Maximini, circa contri-
butiones & ius superioritatis, consistant; Nihilominus
tamen, quia securus sum, Cæsar. Maiestatem Vestram
non permissuram, vt Coelectoris mei Dilectio, præter
ius & æquitatem grauetur, cui etiam Eadem tenaciter
inhæret, cum exhibitione cuiusdam, anno 1570. dudum
præterlapso, in Iudicio contradictorio, per Camerale
Maiestatis Vestræ Cæsareæ Tribunal, inter Cæsareum
Fiscalem ex vna, & inter Electorem pro tempore Tre-
uirensis; nec non Abbatem S. Maximini ex alterâ, in pun-
cto Exemptionis, latæ Sententiæ definitiuæ; quâ nempe
prædictum S. Maximini Monasterium, ratione contri-
butionum, ac aliâs Electori & Archiepiscopatu subdi-
tur, ea que Sententia in rem iudicatam transit; Et omni-
no difficile, & Cæs. Maiestatis Vestræ intentio ac volun-
tas vtique non foret, illud, quod semel per Cæs. Maiest:
Vestram Camerale Iudicium, definitum & decisum est,

V

in Au-

N. 322.
Dominus
Electo N.
pro Ele-
ctore Treu-
ad Casarē
in causâ
Maximini:
scribit.
N. 323.
1. Ne Ele-
ctor Treu-
præter ius
grauetur.
N. 324.
2. Quia sen-
tentiâ Ca-
meralem
pro se ha-
bet.
N. 325.
3. Quia
Cæsareus
senatus Au-
licus sen-
tentias Ca-
merales
immutare
nequit.

N. 326.
4 Quia
contra
ordinatio-
nem Ca-
meræ esset,
& querelas
excitaret.

N. 327.
5 Quia Ele-
ctori Treu-
graue foret,
causam
in posses-
sorio agita-
tam, ad pe-
titorium
trahere, &
Camerae
Iudicatum
cassare.

N. 328.
6 Quia ab-
furdū est,
si sententiæ
Camerae,
& Senatus
Aulici De-
creta, sibi
contrarien-
tur.

N. 329.
7 Quia
Electores
vigore V-
nionis sese
inuicem
inuare de-
bent,

in Aulico consilio immutari & reuocari; maximè cum id ipsum fundamentali ordinationi Cæs. Maiestatis Vestræ Camerae repugnaret, ac etiam apud generales & particulares Imperij Conuētus, diuersas querelas excitare posset. Præterquam quod id ipsum etiam Electorali Treuir: Dilectioni graue foret, si causa, apud defunctam Cæs. Maiestatem, felicissimæ memoriæ, à parte Treuiren: in summarissimo possessorio, solummodo proposita (in qua nihil vltèrius actitatum fuit) nihilominus, non solum in ordinario possessorio, verum etiam in petitorio, & quidem cum cassatione Spirensis Iudicati, decerni præsumeretur. Cæsarea Maiestas Vestra etiam sine dubio inuita videret, Imperialis Camerae de non-contraueniendo Sententiæ, emanata Mandata, & Maiestatis vestræ Aulici Consilij decreta sibi inuicem contrariari & repugnare. Et cum inter Imperij Electores, Vigore inter eos sancitæ Vnionis ita consuetum sit, vt in occurrentibus difficultatibus, sese mutuò iuuent, & cōsilio opitulentur: Hisce omnibus attentis, benememorati Electoris Treuiren: Dilectioni ad Cæsar. Maiestatem Vestrā, ob causas antedictas, petitas commendatitias, & intercessionales, denegare non potui; humillimè petens, quatenus dignetur Cæs. Maiest: Vestra eò adniti, vt grauamina, quæ apud Eandem benememorati Electoris Treuiren: Dilectio vltèrius proponere decreuit, debitè audiantur, & Eadem vltra debitum & æquitatem non grauetur, ad quod Cæs. Maiest: Vestram vltro inclinatum scio; Quam Domino Deo commenda-
Dat, N. 1. Decembris Anno 1626.

In simili, Domini Electores, N. & N.
scripserunt, 2. & 3.

Lit-

TESTIMONIALES CAMERÆ SPI-
rensis, Supremi Imperij Tribunalis, ad Cæ-
sarem, Spirâ 2. Ianuarij 1628. è Germani-
co in latinum fideliter translata.

NOs Ferdinandus II. Dei gratia, Romanorum Im-
perator &c. Fatemur, ac omnibus hisce nostris Cæ-
sareis literis manifestum facimus & attestamus. Postea-
quam, in Iudicio Imperialis nostræ Cameræ, iuxta Pro-
tocollum & acta, 17. Februarij 1570. in causa Exemptio-
nis, tunc temporis, Cæsarei Fiscalis Actoris ex vna, con-
tra quondam Iacobum Archiepiscopum Treuirensis
ac Principem Electorem Eximentem, ac contra Abba-
tem S. Maximini exemptum altera partibus, de Iure de-
cisum ac pronunciatum sit, prædictos Reos, ab intenta-
ta actione absolvendos ac liberandos, litisque expensas,
ex causis mouentibus, compensandas esse: Et super hoc
Dominus Philippus Christophorus, modernus Archie-
piscopus Treuirensis, Sacri Romani Imperij per Gal-
liam & Regnum Arelatense Archicancellarius, Episco-
pus Spirensis, & Præpositus Weissenburgensis, per dile-
ctus noster Cognatus, Elector, Consiliarius, ac Came-
ræ nostræ Imperialis Iudex, apud iam dictam Cameram
nostram, Testimoniales, quo in iudicio nempe antedicta
sententia lata sit, per Sux Dilectionis Procuratorem
supplicando sollicitauerit, quæ etiam ipsi hoc infrascri-
pto die adiudicata fuerunt; Quod in allegata exem-
ptionis causa, prædictus Fiscalis, Anno 1549. 1. Iunij loco
sux querelæ, petitionem articulatam iudicialiter exhi-
buerit, in cuius sine petierit, decerni & pronūciari, quod
dictus

N. 330.
Ferdinan-
dus II. Im-
perator at-
testatur Ar-
chiep̄m &
Abbatem
ab actione
Fiscali, sen-
tentia Ca-
meræ Spi-
rensis abso-
lutos.

N. 332.
Petitio &
conclusio
Cæsarei
Fiscalis cō-
tra Archie-
piscopum
& Abba-
tem S. Ma-
ximini in

causa ex-
emptionis
in petito-
rio.

N. 332.
Cæsareus
Fiscalis
suas pro-
batio-
nes, & Ar-
chieps suos
defensio-
nales ad pe-
titorium
direxerunt.

N. 333
Rei con-
uenti abso-
luti sunt.

dictus Abbas ad Imperium spectet, & Prælatus Sacri Romani Imperij sit, ac proinde omnes Imperij ordinarias & extraordinarias, liberas & non liberas Collectas & quotationes, quæ, quouis tempore, ex recepto more, communi consensu, exactæ sunt, soluere teneatur; & quod desuper dicto Archiepiscopo Treuirensi & Electori, non attentâ illius præsumpta exceptione & interesse, perpetuum silentium imponendum sit; Aut si omnino Elector audiri, & Abbas S. Maximini eximi iure debeat, quod tunc Ipse, Abbatis ordinariam & extraordinariam, liberam & non liberam quotam, & quotationem, quouis tempore, in Sacro Romano Imperio, applicatam & iniunctâ, pro dicto Abbate, ponere & numerare teneatur; & sic Actor Fiscalis, per hæc, tam quoad supramemorati Archiepiscopatus, in S. Maximino immedietatem, quàm etiam, quoad collectandus, petitionum instituit; Et eò non minus, ipse Fiscalis suas probationes, quàm Eximens Elector, suas defensionales, cum suis probationibus, direxerunt. Ab hac autem actione, iuxta præallegatam sententiam Rei conuenti absoluti sunt. In quorum fidem hæc Testimoniales, nostro Cæsareo Sigillo munitæ, concessæ sunt. Datæ in nostra & Sacri Romani Imperij Ciuitate Spirensi 2. Mensis Ianuarij. Anno 1628. Regnorum Nostrorum Romani nono, Vngarici decimo, & Bohemici Vndecimo. Ita subscriptum. Cyprianus Vomelius Stappert Doctor, Præfectus. Franciscus Henricus Faust, Iudicij Imperialis Camerae Protonotarius.

Litte-

Littera Q.

SENTENTIA CÆSAREI SE-
natus Aulici, remissoria ad Cameram Spi-
rensem. Viennâ 18. Maij Anno 1630. ex
Germanico in latinum fideliter
translata.

CÆSAREA Maiestas, Dominus Noster Clementis-
simus, circumstantialiter sibi proponi & referri fe-
cit, quæ in causa Suæ Electoralis Eminentiæ, Domini Ar-
chiepiscopi Treurenensis Actoris ex vna, nec non Abba-
tis & Conuentus Monasterij S. Maximini Rei, ex altera
partibus, ratione Mandati de non turbando, Imperiales
& Prouinciales contributiones concernentis decreti, in
Aula Cæsarea 3. Augusti 1626. emanati & publicati, tum
nomine Eminentiæ altememorati Domini Actoris, ob
sententiam Anno 1570. in Camera Cæsarea, pro Ar-
chiepiscopatu Treurenensi, in petitorio obtentam, atque
desuper in Decembri antedicti 1626. anni, ibidem im-
petratum Mandatum de non contraueniendo senten-
tiæ Camerali; quàm etiam, quæ ad factam communica-
tionem pro Abbate S. Maximini, loco informationis in
contrarium adducta, & desuper vtrimque vltius pro-
posita & exhibita, nec non, quæ vt ordinentur & de-
cernantur, vtrimque supplicata sunt. Cum itaque alte-
memorata sua Cæsarea Maiestas, præuiis maturis & be-
nè ponderatis causæ, & vtriusque partis productarum
scripturarum considerationibus & deliberationibus,
comperiat, quod præallegato modo, ordinarium Man-
datum de non contraueniendo, in dicto 1626. anno, a-
pud Cæsareum Camerale Tribunal Spiræ, super sen-
ten-

N. 334.
Archieps
Treuren:
extrahit
mandatum
Camerale
de non tur-
bando Im-
periales cō-
tributiones
contra sen-
tentiam fe-
natus Au-
lici, anno
1626. latā.

N. 335.
Tenor sen-
tentia re-
missoria
Senatus
Aulici Cæ-
sarei ad Ca-
ten-

meram Spi-
rensem.

tentia Anno 1570. in puncto exemptionis emanatâ, ob-
tentum, & lis ibidem cœpta sit: Hinc, atque ex his aliif-
que suæ Maiestati, desuper adductis & mouentibus iu-
stis rationibus, sua Maiestas clementissimè declarat,
quod eiusmodi in Camera litispendentia acquiescat,
quodque ambæ partes litigantes eò remissa sint; ita ta-
men, vt interim Sententia, quæ in Aulâ Cæsareâ 3. Au-
gusti 1626: super ordinario possessorio lata est, omnino
salua permaneat. Quod altememorata sua Cæsarea Ma-
iestas, tam prædictæ Suæ Eminentiaæ Electorali, quàm
etiam Domino Abbati & Conuentui Monasterij S.
Maximini, loco recessus, per presentes, ita intimari man-
dauit, vt Eidem sese conformare, & vltèrius oportunis
locis necessaria tractare & peragere valeant. Signatum
Viennæ sub suæ Cæsareæ Maiestatis Sigillo Secreto, die
18. Martij 1630. L. S.

P. H. à Stralendorff.

M. Arnoldin à Clarstein.

Litteræ R. & S.

EXTRACTVS MANDATORVM

poenaliũ Ferdinandi II. de non contra-
ueniendo sententiæ Anni 1570. Spiræ 27.

Octobris Anno 1626. & 23. Iulij, Anno
1630. datorum: & quia eiusdem quasi sunt tenoris,
posterior tantum è Germanico in latinum
translatũ, hic appositus est.

NOS Ferdinandus II. Dei gratia, Electus Romano-
rum Imperator &c. Honorabilibus deuotis nobis
dilectis N. N. toti Conuentui Monasterij S. Maximini,
prope Treuiros, gratiam nostram offerimus &c. *& infra.*
Vobis

Vobis igitur auctoritate nostra Cæsareâ, & sub pœna
 duodecim marcarum auri puri, pro medietate Camerae
 nostræ Cæsareæ, & pro aliâ medietate Impetrantis E-
 lectoris Dilectioni irremissibiliter soluendarum, seriò
 mandamus & volumus, ne, villo quouis modo, contra
 prædictam sententiam & rem iudicatam faciatis, aut ei
 contraueniatis; neque, vt per alios id fiat, procuretis aut
 permittatis, sed iuxta illam, prout mediatum Archie-
 piscopatui Treuirësi subiectum Statum, licet Prouincia-
 lem, decet, quoad præstationem omnium debitorum,
 subiectos vos exhibeatis; ab exterorum Potentiorum
 imploratione, eorundem protectioni subiectione, insi-
 gniorum eorundem de facto affixione, & omnibus iis
 quæ præterea superius per querelas deposita sunt, absti-
 neatis, & vos abdicetis; hisce omnibus eatenus obedi-
 enter & sine tergiversatione pareatis, & cum effectu in-
 sistatis, in quantum vultis pœnas comminatas euitare,
 in eo enim seria nostra voluntas adimpletur. Datæ Spi-
 ræ 23. Iulij 1630.

N. 336.
 Præceptum
 Cæsareum
 & cõmina-
 tio pœnæ
 duodecim
 marcarum
 auri &c.

N. 337.
 Monachis
 Maximi-
 nianis in-
 iungitur vt
 ab exterorũ
 potentio-
 rum im-
 ploratione
 &c. absti-
 neant.

Littera T. nu. 1.

EXTRACTVS INDVLTIVS VRBANI
 VIII. Summi Pontificis, ad Capitu-
 lum Ecclesiæ Treuirensis, Romæ

Anno 1623.

VRBANVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM
 Dei, Dilectis filiis, Capitulo Ecclesiæ Treuirensis, salutem, &
 Apostolicam benedictionem.

QVOCIRCA discretioni Vestre per Apostolica scri-
 pta mandamus, quatenus Eundẽ Philippum Chri-
 stophorum, Electum, tanquam Patrem & Pastorem ani-
 marum,

N. 338.
 Sententia ab
 Archiep-
 Treuirensi

X 2

marum,

lata, autori-
tate Apo-
stolica pro-
rata habe-
tur, &c.

marum Vestrarum, grato admittentes honore, ac exhibentes Sibi obediētiam & reuerentiam, debitas & deuotas, Eius salubria monita & mandata suscipiatis humiliter, & efficaciter adimplere curetis; alioquin sententiam, quam idem Philippus Christophorus Electus, ritè, tulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino, vsque ad satisfactionem condignam, inuiolabiliter obseruari. Datum Romæ apud Sanctum Petrum. Anno Incarnationis Dñicæ Millesimo sexcentesimo vigesimo tertio. Pontificatus nostri anno primo.

In simili: Ad Clerum Ciuitatis & Diœcesis Treuir:

In simili ad Vasallos Ecclesiæ Treuirensis.

Littera T. nu. 2.

PRIVILEGIUM CAROLI IV.

Imperatoris, de dato 2. Iunij, anno 1376.

In nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis, feliciter Amen.

N. 359.
Sententiæ
& pœnæ ab
Electori-
bus Treuir:
contra Re-
belles latae
auctoritate
Imperiali
pro ratis
habentur.

Carolus Quattus &c. & post quadam interiecta, sequitur. Etsi pœnas aliquas vel sententias contra rebelles in præmissis vel aliquo eorundem, præfatus Archieps Suique Successores, protulerint, vel aliquas pœnas seu multas regales vel Imperiales ipsis inflixerint, super quibus etiam infligendis, plenam potestatem & auctoritatem, eisdem Archiepo, Suisque Successoribus, & Ecclesiæ Treuirensi concedimus per præsentem, huiusmodi pœnas, sententias, & multas, ratas habebimus, & eastunc, prout ex nunc, præsentibus confirmamus. Dat. 2. Kal. Iun. Anno 1376.

Lit-

Littera V.

SENTENTIA CONRADI. II.

Regis, Spirâ pridie Nonas Ianuarij.

Anno MCXLVI.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego Con-
 radus diuina fauente clementia Romanorum Rex se-
 cundus, tam præsentibus, quàm futuris, in perpetuum.
 Omnipotentis Dei gratia, quæ nos ad Regiæ potestatis
 sublimauit officium, ex debito compellit, subditarum
 nationum, & Ecclesiarum Dei iura tueri, & seruare,
 quæ aut abolitione temporis sunt sublata memoriæ, aut
 seculari potentia sunt ablata iniuriosè. Eapropter que-
 relam dilecti nostri Alberonis Venerabilis Treuirorum
 Archiepiscopi, *quam in præsentia nostra, & in conspectu Prin-*
cipum sæpè & multum depofuit, inclinati eius iustis pre-
oibus, ex consilio recepimus; scilicet de Abbacia S. Ma-
ximini, quæ olim à beato Hildulfo, de bonis Treuirensis Eccle-
sie fundata, regia potestate, vt erat querimonia Archie-
piscopi, à prædicta Ecclesia est subtracta; Timens itaque
extremi examen Iudicij, ne propter hoc, apparerè reus
in conspectu Domini, cum totum esset in manu nostra, Abba-
tia scilicet, & Aduocatia; propter animæ nostræ, & prædecessorum
nostrorum salutem, Treuirensi Ecclesie & Archiepiscopo resigna-
uimus & reddidimus Abbatiæ: Postea vero successu tempo-
ris Aduocatiæ quæsiuit, & obtinuit à Nobis, Henricus
Comes Namurcensis, qui non contentus Aduocatiæ,
longo tempore certauit cum Archiepiscopo de Abba-
tia: Cum vero hinc inde totus Episcopatus rapinis, in-
cendiis, homicidiis, destrueretur, & Comes, & tota ter-
ra sua à Romana, & Treuir: Ecclesia Anathematis sen-
tentia, teneretur, & beneficia sua prædicto Comiti à Nobis, &

N. 340.
 Imperator
 Ecclesiarum
 Dei iura
 tueri obli-
 gatur.

N. 341.
 Albero Ar-
 chieps re-
 petit Abba-
 tiam S. Ma-
 ximini, &c.

N. 342.
 Vtpote à B.
 Hildulpho
 de bonis
 Ecclesie,
 fundatam.



N. 343.
 Conradus
 II. Ab-
 batiam S.
 Maximini
 reddidit.

N. 344.
 Henricus
 Comes Na-
 murcensis
 Abbatiæ
 dictam ad
 se, vi trahere
 conatur.

N. 345.
 Comes a-
 nathematis
 sententia
 innodatus

N. 346. Beneficia
 Eidem ab-
 iudicantur.
 N. 347. Conradus
 II. pacem
 inter Albe-
 ronem &
 Namurc:
 Comitum
 facit.
 N. 348. Comes Ab-
 batiam ab-
 stipulauit,
 & fidelita-
 tem Albe-
 roni reiu-
 rauit.
 N. 349. Poena paci
 adiecta.
 N. 350. Preceptum
 Casareum.
 N. 351. Nomina
 Principum
 & testium
 Ecclesiasti-
 corum.

ab Archiepiscopo essent legitime abiudicata, ut tanta cessaret malitia, ad presentiam nostram, ex consilio Principum, pars utraque Spiram est aduocata; illic itaque, operante diuinâ clementiâ, per Nos, & per Principes nostros, & per Dominum Abbatem Clareuallensem, inter eos hoc modo pax est reformata: Comes per omnia Archiepiscopo satisfaciens reiuirauit ei fidelitatem, & uerpiuit ei in presentia nostra, & omnium qui affuerunt, Abbatiam, & omnem abstipulauit de ea calumniam, & sic ab Archiepiscopo absolutianem, & beneficiū suum recepit, excepto Castro de Manderscheidt, & pertinentiis ad illud: Iurauit etiam Comes, quod nunquam Rodolphisburg refirmaret, nec alium refirmare iuuaret, nec Archiepiscopi diebus, nec Successorum Suorum temporibus; & si in aliquo contra eum faceret, quod infra decem, & octo septimanas emendare nō uellet, suam terram, in manum Archiepi redderet, ita ut beneficia de illa terra, de manu Archiepi, liberè deinceps reciperent, & tenerent beneficia sua. Ut autem hæc pactio irrefragabiliter seruetur, & rata permaneat, hanc chartam inde conscriptam, & manu nostra roboratam, impressione sigilli nostri iussimus signari, nec non & Testes, sub quorum presentia hæc acta sunt & firmata, fecimus annotari. Quorū nomina hæc sunt: Hermannus Constantienensis Eps. Ordienus Basiliensis: Episcopus. Walterus Lausanensis Episcopus. Burckardus Argentinensis Episcopus. Bocco Wormatiensis Episcops. Gunterus Spirensis Episcopus. Anselmus Hauelbergen: Episcopus. Dominus Bernardus Clareuallensis Abbas. Fridelaus Augiensis Abbas. Benedictus Abbas Wicemburgensis. N. Abbas Morbacensis. Magister Otto Præpositus Cappenbergensis. Gerlandus Floreffiensis. Godofridus maior S. Petri Præpositus. Conradus S. Paulini Præpositus. Bono S. Castoris Præpositus. Arnoldus Mo-

Moguntinēsis Camerarius. Ludouicus S. Petri Præpo-
 fitus. Duces. Fridericus Sueuorum. Conradus Burgun-
 dionū. Hermannus Palatinus Comes de Rheno. Hen- N 351.
 ricus Comes de Arlo. Vdelfricus Comes de Lencen- Nomina
 berg, & Warnerus Frater eius. Ekebertus Comes de Testium
 Spira. Conradus Comes de Kirberg. Gerlacus Comes Sæculariū.
 de Veldence, Ludouicus Comes de Mōguntia, Emicho
 Comes de Lininge. Robertus Comes de Lutzemburg.
 Simon Comes de Sarebrucke, Reimbaldus de Isenburg.
 Cuno de Malberg. N. de Lucellemburg. Adelinus, An-
 selmus, Wilhelmus, Ia  cobus, Conradus
 de Dalheim. Signum  Dñi Conradi Ro-
 manorum Regis se- *Locus signi.* cundi. Ego Arnol-
 dus Cancellarius Vice Henrici Maguntini Archiepi &
 Archicancell: recognoui. Data pridie Non. Ianuar: In-
 diæ. IX. Anno Dominicæ Incarnationis M. C. XLVI.
 regnante Conrado Romanorum Rege 2. Anno Regni
 eius nono. Actum Spiræ in Christo foeliciter Amen.

Littera X.

CONFIRMATIO TRANSACTIO-
 nis inter Alberonem Archiep̄um & Comi-
 tem Namurcen: ab Eugenio III. Papa,
 facta Hillino Archiep̄o An. 1152.

EUGENIVS Episcopus Seruus Seruorum Dei. Venera- N. 352.
 bili Fratri Hillino Treuirēsi Archiepiscopo, Eiusque Pontifices
 Successoribus, canonicè promouendis in perpetuum. Ecclesiarū
 In eminenti Apostolicæ sedis specula disponente Domi- Dei Præla-
 no constituti, licet omnibus Ecclesiis, tam vicinis, quam tis debito-
 longè positis, & Ecclesiarum Prælatis, debitores, ex in- res consti-
 iuncto tutis

N. 354.
Eugenius
Papa III.
Hilino, ob
benemeri-
ta, honores
& liberta-
tes, Ecclesie
Treuren-
si confir-
mauit.

N. 355.
Eiusdem-
que Eccle-
sie bona vt
illibata ma-
neant, sta-
tuit.

N. 356.
Nomina-
tim castri
Trys.

iu nato Nobis, à Deo, Apostolatus officio, existimamus; Illis tamen locis atque personis, attentiori & propensiori Nos conuenit charitatis studio imminere, quæ Sacrosanctæ & Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ, deuotiori & vberiori familiaritate & obsequio, adhæsisse noscuntur. Eapropter, dilecte in Domino Frater Hilline Archiepiscopo, *deuotionem & sincerum affectum Treuren- sis Ecclesiæ, cui Deo auctore præesse dignosceris, ac Prædecessorum tuorum, erga Beatum Petrum & Prædecessores Nostros, atque Nos ipsos, debita benignitate attendentes*, dignitates seu honores & libertates, à Prædecessoribus Nostris, Ioanne XIII. Benedicto VII. Leone IX. Victore II. & Innocentio II. scælicis memoriæ, Romanis Pontificibus; aut Imperatoribus vel Regibus, eidem Ecclesiæ concessas, Tibi tuisque Successoribus, autoritate Apostolicâ, confirmamus, & præsentis scripti priuilegio communimus. Statuentes, vt quascunque possessiones, quæcunq; bona, eadem Ecclesia, in præsentiarum iustè & canonicè, possidet, aut in futurum, concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio poterit adipisci, firma Tibi tuisque Successoribus & illibata permaneant, & nominatim, Castrum Tris appellatum, cum banno & appenditiis suis, quod Nobilis Comes Otto, assensu & voluntate, Vxoris suæ, Gertrudis, Palatinæ Comitissæ, prædictæ Ecclesiæ, rationabiliter contulit. Sancimus etiam, vt iuxta quod, in sacro Calcedonensi Concilio, statutum est, nulli Regi vel Imperatori, seu Aduocato, nulli Ecclesiasticæ Sæculariue personæ liceat decedentium Archiepiscoporum seu Presbyterorum, vel reliquorum Clericorum Treuren: Ecclesiæ, bona peruadere seu diripere, sed potius hæc ipsa, ad opus eligendi Antistitis, iuxta dispositionem Yconomi & Clericorum liberè con-

conferuentur. Ob maiorem quoque reuerentiam & de-
 corem, commissæ Tibi Ecclesiæ, tam de equitando per sta-
 tiones cum Nacco, quam etiam de Cruce ante te deferenda, quod à
 Prædecessoribus Nostri, Apostolicæ memoriæ Viris,
 Treuirensibus Archiep̄is, est concessum, & authenticis
 priuilegiis roboratum, Nos quoque Tibi, Apostolica
 autoritate, concedimus. Illud præterea Iuris, quod Illustris
 memoria, Conradus Romanorum Rex, siue Ipsius Antecessores, in
 Abbatia S. Maximini habuisse noscuntur, & Prædecessori Tuo, bo-
 na recordationis, Alberoni, & per eum Treuirensi Ecclesia, ab Eo-
 dem Conrado collatum seu restitutum est, quemadmodum in
 eiusdem Regis scripto, de restitutione & confirmatio-
 ne, rationabiliter continetur; Tibi, tuisque Successori-
 bus confirmamus: Pacem quoque, atque concordiam siue transa-
 ctionem, qua inter prædictum Prædecessorem Tuum, & Nobilem
 Virum Henricum Namurcensem Comitem, in præsentia memo-
 rati Regis, per Charissimum filium nostrum, Bernardum Clare-
 wallensem Abbatem, & Principes Teutonici Regni, rationabili
 providentia, sicut inferius continetur facta est, & eiusdem Regis
 scripto firmata, ratam & inconuulsam, futuris temporibus, per-
 manere decernimus: Comes siquidem antedicto Archie-
 piscopo per omnia satisfaciens, ei fidelitatem iteratò iu-
 rauit, atque de prædicta Abbatia, Eidem Archiep̄o om-
 nem omnino ex ea calumniam refutauit: sic itaque ab
 Archiep̄o absolutionem impetrauit, & excepto Castro
 de Manderscheidt, cum suis pertinentiis, beneficium
 suum, cum integritate, recepit; Iurauit etiam idem Co-
 mes, quod Rodolfsburg neque reedificaret, neque ali-
 quem reedificare iuaret, quod si aduersus ista præsu-
 meret, & infra octodecim septimanas, congruam emen-
 dationem exhibere minimè vellet; terram suam, ita in
 manu Archiep̄i obligauit, vt beneficiati deinceps be-
 neficia sua ex illa terra, ab Archiep̄o liberè reciperent,
 Y atque

N. 357.

Priuilegiū

equitandi

per statio-

nes cum

Nacco, &

de cruce

ante Ar-

chiep̄m de-

ferenda cō-

ceditur.

N. 358.

Ius, quod

Conradus

II. Albe-

roni in Ab-

batia S. Ma-

ximini re-

stituit, con-

firmatur.

N. 359.

Vti & con-

cordia cum

Comite

Namurcēsi

inita.

N. 360.

Comes Ar-

chiep̄o fi-

delitatem

iurat & ab

excommu-

nicatione

absoluitur.

N. 361.

Pœna con-

cordiæ in-

serta con-

tra Comi-

tem si trās-

grediatur.

atque tenerent. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum, liceat, præfatam Ecclesiam, temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, vltibus omnimodis profutura, salua in omnibus Apostolicæ sedis authoritate. Si quæ igitur in futurum Ecclesiastica, Sæcularisue persona, hanc nostræ Constitutionis paginam, sciens, contra eam temerè venire tentauerit, secundò tertio ue

N. 362. *Comminatio Apostolica in transgressores.* *potestatis honorisque sui dignitate careat, reamq; se diuino iudicio existere, de perpetrata iniquitate cognoscatur, & à Sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atq; in extremo examine, districtæ ultioni, subiaceat. cunctis autem eidem loco iusta seruantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Iudicem premia æternæ pacis inueniant, Amen, Amen.*

N. 363. *Premium obseruantium hanc paginam.* *Ego Eugenius Catholicæ Ecclesiæ Ep̄s. Ego Ymarus Tusculanensis Episcopus. Ego Hugo Hostiensis Episcopus. Ego GG. presbyter Cardinalis tit. Calixti. Ego Hubaldus presbyter Cardinalis tit. S. Praxedis. Ego Otto Presbyter Cardinalis tit. S. Cecilie. Ego Manfredus Presbyter Cardinalis S. Sabinæ. Ego Gentius Presbyter Card. tit. in Lucina. Ego Henricus Presbyter Cardinalis tit. SS. Nerei & Achillei. Ego Otto Diaconus Cardinalis S. Georgij ad velum aureum subf. Ego Rodolphus Diaconus Cardinalis S. Lucie in septa folis. Ego Gregorius Diaconus Cardinalis S. Angeli. Ego Guido Diaconus Cardinalis S. Marię in porticu subf. Ego Iacynthus Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Colmidin. Ego Ioannes Diaconus Cardinalis Sanctorum Sergij*



Sergij & Bacchi. Ego Gerardus S. Romanæ Ecclesiæ
Diaconus Cardinalis. Datum Signiæ per manum Hero-
nis S. Romanæ Ecclesiæ scriptoris. VI. Kal. Iunij. Indi-
ctione XV. Incarnationis Dominicæ Anno M. C. LII.
Pontificatus verò Domini Eugenij III. Papæ. An. VIII.

Littera Y.

EXTRACTVS CONFIRMATIO-
nis priuilegij Caroli I V. Imperatoris, su-
per Aduocatia Abbatia S. Maximini.

Anno 1376. 2. Kalendas Iunij.

IN nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. feliciter
Amen. Carolus Quartus, diuinâ fauente clementiâ,
Romanorum Imperator, semper Augustus, & Bohemiæ
Rex &c. *Proprietatem seu quasi monasterij Sancti Maximini,
extra muros Treuirenses, Aduocatiâ monasteriorum de Wa-
degasse, & Sprinkersbach, aliarumque Ecclesiarum, &
Monasteriorum suorum, nec non proprietatem & pos-
sessione Oppidi sui Monasterij Meinfelt, & Castri Thu-
ron, cum eorum pertinentiis, vniuersis, Eidem Archie-
piscopo, & Ecclesiæ suæ Treueren: innouamus, appro-
bamus, concedimus, & præsentibus, ex certa scien-
tia, de Imperatoriæ potestatis plenitudine, confir-
mamus &c. Datum Bacharach. Anno Domini millesi-
mo, trecentesimo, septuagesimo sexto, Indictione quar-
ta decima. 2. Kalend. Iunij, Regnorum nostrorum, anno
tricesimo, Imperij verò vicesimo secundo. Et ego Nico-
laus Cameracen: Præpositus vice & nomine Reueren-
dissimi in Christo Patris & Domini, Domini Cunonis
Archiepiscopi Treuren: sacri Romani Imperij per Gal-
liam & Regnum Arelaten: ArchiCancellarij, Imperia-
lis Aula Protonotarius recognoui.*

N. 264.
Carolus
IV. Impe-
rator pro-
prietatem
seu quasi
Monasterij
S. Maximi-
ni cum ad-
uocatia
&c. confir-
mat.

Y 2

Lit-

REGALE MAXIMILIANI I. IMPERATORIS, super Abbacia S. Maximini, Iohanni Archiepiscopo Treuirensi, & Principi Electori, 1. Iunii, Anno 1495. datum.

N. 365. Maximilianus I. Imperator ob benemerita Archiepiscoporum Treuirensium, priuilegia Ecclesie Treuirensis, confirmat.

Maximilianus, diuinâ fauente Clementiâ, Romanorū Rex semper Augustus, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex &c. ad perpetuam rei memoriam. Dum Romanor. Imperatores, & Reges, Sanctâ Treuirensē Ecclesiam, & Ipsius Antistites, ex multiplicibus affectionum amplexibus, quas ad Ipsos iugiter habuerunt, propter *larga, Ipsorum Antistitam merita, quibus Ipsi se & sua ad publicam utilitatem Imperij exposuerunt, cum libertatibus, priuilegiis, donariis, munificentis, beneficiis, aliisque concessionibus gratiosis*, iustæ considerationis intuitu decorârunt. Nos igitur, piis Eorū vestigiis inhæredo, non tantū ea, quæ per Eos facta sunt beneficia, stabilire, sed eadem extendere volentes, præfertim Venerabilis Principis nostri Iohannis, S. Treuirensis Ecclesie Archiepiscopi, sacri Romani Imperij, Regni Arelaten: & Galliarum Archicancellarij, Nepotis Nostri charissimi, respectu, qui fœlicis recordationis Serenissimi Friderici III. Imperatoris Augusti, Domini & Genitoris nostri charissimi, nostris quoque temporibus, *se & sua pro Regni & Imperij conseruandis iuribus, obedientissimè, magnificè & liberaliter exposuit*, motu proprio, ex certa scientia, debita causæ cognitione, cum omnibus & singulis sollemnitatibus,

N. 366. Præfertim, ob Iohannis Archiepiscopi Treuirensis merita, Friderico III. Imperatori, & Imperio præstita.

quæ de Iure aut consuetudine in talibus requiruntur, Et Oppida, Villas, Castra & Fortalicia sua, & Ecclesie suæ prædictæ, quæ bonæ memorie

tiæ

riae sui Praedecessores, Archiepi Treuirenses, haecenus
 habuerunt & possederunt, ac ipse habet & possidet, & praefertim Comitatus de Dietz & Salmis, Dominia de Schonenberg, & Schoneck Eifflia, Kastelburg, Hammerstein, Honstein cum Aduocatia, Kempenich, Wartestein, nec non Schoneck super Hundtsruck, Ruffenberg, Haffelbach, Eltz, *Aduocatasq. Monasteriorum Prumiensis & S. Maximini, una cum iure inuestiendi de temporalibus* Monasteriorum Prumiensis, & Epternacens: Treuir: Diocesis, & Curiam de Thumme, *quos, quas, seu qua Praedecessores sui bonae memoriae Iacobus, Otto, Wernherus, & alij, Ipse Ioannes, praedictae Ecclesiae compararunt, seu adiecerunt, & quemlibet dictorum locorum cum suis iuribus & pertinentiis libertamus, & Ecclesiae Treuirensi adiacimus & confirmamus, &c.* Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc nostram concessionis, declarationis, indulgentiae, libertationis, & donationis paginam infringere, vel ei, ausu temerario, quomodolibet contraire; si quis autem hoc attemptare praesumpserit, praeter indignationem nostram & Imperij, quam ipsum incurere volumus ipso facto, *paenam centum librarum auri puri, quarum medietatem Fisco, idest, nostrae Regali Camerae, reliquam Archiepo Treuir: pro tempore existenti, applicari volumus, se ipso facto nouerit incurrisse: praesentium sub nostri Regalis sigilli appensione testimonio literarum. Datum in Ciuitate nostra Imperiali Wormatien: prima die mensis Iunij. Anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto. Regnorum nostrorum Romani, decimo, Hungariae vero sexto, annis.*

litia Eccle-
 siae Treuir:
 & nomina-
 tum Comi-
 tatus de
 Dietz &
 Salmis &c.
 N. 368.
 Aduocatiā
 Monaste-
 riorum S.
 Maximini,
 & c. vna cū
 iure inue-
 stiendi de
 temporalibus
 &c. Ec-
 clesiae Tre-
 uirensi li-
 bertat, adiac-
 it & con-
 firmat.
 N. 369.
 Praeceptum
 Caesareū &
 commina-
 tio poena-
 rum in
 transgres-
 sores.
 N. 370.
 Poena cen-
 tum libra-
 rum auri
 puri.

Y 3

Litte-

Littera Z. nu. 2.

REGALE MAXIMILIANI I. IMPERATORIS super Abbatiâ S. Maximini, Iohanni Archiepiscopo Treuir: & Principi Electori, 15. die mensis Iulij anno 1495. datum.

M. 371.
Maximilianus I. Imperator ob benemerita Archieporum Treuir: de Regalibus & temporalibus, Ioannem Electorem, inuestit.

MAXIMILIANVS, diuina fauente clementia; Romanorum Rex semper Augustus, ac Hungariæ, Dalmatiæ, Croatia, &c. Rex, Archidux Austria, Dux Burgundiæ &c. Fidelium nostrorū accedente consilio, & de certa nostra scientia, authoritate Romana Regali, recepto tamen prius & præstito Nobis ab eodem Ioanne Archiepo, Fidelitatis, subiectionis & obedientiæ iuramento debito & consueto, per omnes & singulos suos & Ecclesiæ Treuir: Comitatus, Districtus, Territoria, Domina, Oppida, Castra & Villas, etiam flumina, quæ Ipse Ioannes Archieps, diuisim aut communiter, habet & possidet, siue habere seu possidere deberet, Regalia & temporalia, ac quæcunq; Feuda Sux Ecclesiæ Treuiren: quæ singulare quoddam & insigne membrum Romani existit Imperij, cum Vniuersis & singulis suis Comitatus ac Dominiis, & signanter Comitatu in Dietz & Turonen, &c. quæ quondam Philippus de Sirck, ex Theoloneo Boppardiensi percepit, ac Iura, Regalia & Feuda, Abbati pro tempore Monasterij S. Maximini extra muros Treuiren: deinceps perpetuò conferendi, illumq; inuestiendi, nec non Castra Droneck, Marcha q; de Talfanck, quod Castrum cum Marcha olim Syluestres Comites tenuerunt, ac modo Rheni Comes ab Ecclesia Treuiren: tenet ulterius in Feudum, cum omnibus & singulis huiusmodi Comi-

N. 372.
In specie verò de iure conferendi Regalia & feuda Abbati S. Maximini.

Comitatum, Dominiorum, omniumq; & singulorum
 præmissorum districtibus, Dominiis, honoribus, præ-
 eminentiis, oneribus, Iuribus, consuetudinibus, obser-
 uantiis, pertinentiis & attinentiis quibuscunq; & qua-
 libuscunq; mero quoq; & mixto Imperiis, ac etiam
 exercitio Iurisdictionis temporalis, sicut eadem bonæ
 memoriæ, Sui Prædecessores, Archiepi Treuren: ha-
 ætenus habuerunt & possederunt, seu ipse Ioannes ha-
 buit & possedit, seu habet & possidet, habereq; seu
 possidere quomodolibet deberet, contulimus, & de eis-
 dem ipsum inuestiuimus, conferimusq; ac Ipsum de
 eisdem tenore præsentium, gratiosius inuestimus; No-
 stris tamen & Imperij Sacri, ac aliorum quorumcunq;
 Iuribus & libertatibus, in præmissis semper saluis &c.
 Datum in Ciuitate nostra Imperiali Wormaciensi, 15.
 die Mensis Iulij. Anno Domini 1495. Regnorum nostro-
 rum Romani decimo, Hungariæ verò sexto, Annis.

Littera Aa.

DECISIO ROTÆ ROMANÆ,

CORAM

Reuerendissimo Coccino Decano,

In causâ

Treuren:sis Abbatia S. Maximini.

CONtra decisionem, in hac causa factam, in qua fuit
 resolutum, electionem non substineri, tria oppone-
 bantur. Primum; quod non omnes nullitates opposita
 subsisterent. Secundum; quod Electores possunt iuuari
 consuetudine hoc modo eligendi. Tertium; quod in o-
 mnem euentum ista erat electio per compromissum, cū
 scrutinio mixtum, & ideò poterat substineri. His tamen

N. 373.
 Dubiis à
 parte Mo-
 nasterij
 motis, non
 obstanti-
 bus, Electio
 Agritij Mo-
 nachi pro
 nulla habe-
 tur.

Y 4

non

N. 374.
An electio-
ne Agnitiij,
forma
Scrutiniij, in
pluribus,
non serua-
ta.

N. 375.
I. Quia
extra colle-
gium Scruta-
tores
sumpti.

N. 376.
II Quia or-
do scrutan-
di non ser-
uatus

N. 377.
III Quia
exquisitio
suffragiorū
extra colle-
giū facta.

N. 378.
IV Quia in
scriptis nō
redacta.

N. 379.
V. Quia vo-
ta non
publicata
sed electio.

N. 380.
Cap. quia
propter,
habet de-
cretum ir-
ritans.

N. 381.
Pontifex
Electionē
non cano-
nicē factam
confirmare
nō tenetur.

non obstantibus, & causā maturè bis discussa, DD. Vna-
nimi voto, perstiterunt in resolutis. Nullitates enim, in
decisione firmatæ, subsistunt; nam, cum fuerit actum
per viam scrutiniij, in pluribus non fuit seruata forma,
tradita in cap. quia propter de elect. Primò; quia fuerunt
electi tres scrutatores extra collegium, & tres de colle-
gio, & tamen numerus non potest augeri, nec sumi extra
collegium. Secundò; quia Scrutatores extra collegium,
scrutati sunt votum fratris Antonij primi scrutatoris; &
deinde, præsentibus dicto Antonio, votum Matthæi secun-
di scrutatoris, & demum, præsentibus Antonio & Mat-
thæo, votum Valentini tertij Scrutatoris: vnde vota An-
tonij & Matthæi corruunt. Tertiò; quia exquisitio suf-
fragiorum fuit facta à Scrutoribus, solum extra colle-
gium, assidentibus tantum tribus Scrutoribus de col-
legio. Quartò; quia suffragia non fuerunt in scriptis re-
dacta. Quintò; quia non fuerunt publicata vota, sed tã-
tum electio, quæ adeo corruit, Vt in c. quia propter. de e-
lect. & latè in alia decisione fuit dictum. Ille enim textus
habet decretum irritans, vt in eadem decisione, fuit de-
ductum; & probat tex. in cap. si cui. de elect. in 6. ibi decer-
nens: si aliter fierent, non valere; & Gloss. ibidem dicit: non
valere ipso iure. Quare cum electio non fuerit canoni-
ca, S. D. N. illam confirmare non tenetur: tam ex dispo-
sitione iuris communis, vt in cap. quanquam de elect. in 6.
quod licet procedat in electione Episcopatum; habet
tamen locum etiam in aliis beneficiis sedi Apostolicæ,
immediatè subiectis, Rom. consil. 332. num. 11. Gloss. in d. cap.
quanquam in figurat. cas. Quam etiam vigore concordato-
rum ibi & lapsò dicto tempore, de quo scilicet in cap. cupientes
16. de elect. in 6. si non presentata, vel si minus canonicè presen-
tata fuerint electiones, providebimus; Neque est insistendum
in eo, quod plerique DD. circa prædictas nullitates va-
rient.

rient Quia, vt fuit in prædicta decisione, firmatum: omnes nullitates deducuntur, ex quo secundum communem DD. opinionem sunt contra substantialia formæ. c. quia propter, de elect. Quæ communis opinio operatur, vt ita debeat intelligi textus; & si aliquid contrariū fiat, non fit contra communem sententiam DD. sed contra ipsum textum, quem communis Schola ita interpretatur. *Suarez de Iustitia & Iure lib. 6. cap. 1 n. 5. vers. de hac igitur interpretatione.* Nec, ex verbo *exceperunt*, deduci potest, quod vota in scriptis fuerint recepta; cum non fuerit additum in scriptis: prout loquitur *Suet. Tranq. de Tito Principe Romano*, ibi: *è pluribus comperi notis quoque excipere velocissimè solitum &c.* & licet Scriptores & Notarij vocentur exceptores, vti §. *deinde ubi Gloss. in verb. exceptorem. auth. de defens. ciuit. & in l. exceptores. ubi Gloss. Cod. de Numerarijs actuar. libro. 12.* Id tamen non concludit: quod dicendo, *exceperunt* in scriptis, excepisse intelligendum sit; quid enim hoc verbum, de per se positum, importet, Ipsi Grammatici benè discutiunt. Ad id verò, quod in decisione dicitur; nempe Scrutatores tantum extra Collegium, vota exquisuisse, assidentibus iis de Collegio: quod est contra formam cap. *quia propter.* Dum respondebatur, quod sufficiat præsentia & consensus, ex *Innoc. in cap. in Genesi. num. 5. de elect. & ex Gloss. in cap. sicut in verbo: per vnum. de elect. in 6.* fuit replicatum: quod *Gloss. Innoc. & alij allegati nō loquantur in his terminis.* Quid quid autem dicendum esset: an vnus ex scrutatoribus possit tantum scribere, scedulasque recipere; Illud certum est, quod omnes Scrutatores debent exquirere: hinc verò tres tantum Scrutatores extra Collegium exquisiuerunt; Scrutatoribus de Collegio assistentibus. Nec debuit allegari, quod decretum irritans in cap. *quia propter.* appositum referatur solummodò, ad formulas ele-

N. 382.
Nullitates
contra sub-
stantialia
formæ cap.
quia prop-
deducun-
tur.

N. 383.
Verbum
excipere
quid im-
portet.

N. 384.
Notarii &
scriptores
vocantur
exceptores.

N. 385.
Præsentia,
& cōsensus
scrutatorū
an sufficiat?

N. 386.
Omnes
Scrutatores
debent ex-
quirere vo-
ta.

N. 387.
Forma Ca-
pituli quia
propter
strictè ob-
seruanda.

tionum, ita ut prohibeat omnem aliam formam, quam Scrutinij, Compromissi & quasi per Inspirationem: non autem referatur ad solemnitates circa Scrutinium, dispositas. Quia iste intellectus ne dum est valde subtilis, & nouus; sed contra textum expressum in *ca. Ecclesia vestra. §. denique de elect: Roman. cons. 332. nu. 12.* & contra alium

N. 389.
Obiectio:
Electionē
Agritij iuxta consuetudinem
Ecclesiæ
Trenit: fuisse factam.

N. 389.
Responsio
triplex ad
hanc obiectiōnem.

N. 390.
Ratio 1.
consuetudo non
probata.

N. 391.
Consuetudo
requirit actus
uniformes

N. 392.
Consuetudo
quando
est varia,
non receditur
à iure
communī.

N. 393.
Electiones
allatæ
uniformes
non fuerunt.

57. §. denique de elect: Roman. cons. 332. nu. 12. & contra alium
tex. in *c. si cui. cod. tit. in 6.* ibi talis electio, cum præter formas, quas Generale Concil. seruari statuit in electionibus celebrandis, decernens: si aliter fierent, non valere. Quantum attinet ad secundum caput, quod scilicet, in hac electione, fuerit seruata forma consuetudinis huius Ecclesiæ, & ideo non fuerit opus seruare formam *cap. quia propter.* Cum lex per contrariam consuetudinem, etiam, quod habeat decretum irritans, abrogetur. *Suares de Iustitia & iure lib. 7. cap. 19. num. 14.* tres fuerunt datæ responsiones. Prima, illam consuetudinem non probari. Secunda, non suffragari: cum non adsit expressus Papæ consensus. Tertia, eò magis non suffragari; quia nec adest scientia Papæ. Quod non probetur consuetudo, satis constat: quia illa non inducitur, si vario modo fuerit seruata, quia requirit actus uniformes. *Bart. in l. 2. in fin. princip. ff. soluto. matrim. Dec. cons. 214. nu. 2. vers. 2. hoc idem & per tot. & cons. 129. vol. 2. Alex: cons. 5. lib. 5. & cons. 173. per tot. lib. 6. Roland. cons. 2. num. 118. & seq. lib. 1. & cons. 87. nu. 53. lib. 2. & cons. 13. nu. 18. & num. 20.* Vbi quod nullus discrepat. *lib. 4. Aymon Crauetta cons. 96. n. 5. Rimin. Iun. cons. 264. nu. 28. & 29. lib. 3. & cons. 265. nu. 25.* Et quando consuetudo est varia, quod non recedatur, à iure communi. *Nat. cons. 132. in fin. & cons. 309. num. 9. Roland. cons. 87. nu. 53. lib. 2. Curt. Iun. cons. 260. nu. 20. lib. 3.* In proposito autem electiones, in quibus fit fundamentum, uniformes minime sunt. In illa enim, de anno 1502. sub *Alex. VI.* vota fuerunt redacta in scriptis; & tam Scrutatores

tores de Collegio, quam extra, suffragia exquisierunt. In alia facta de Anno 1514. sub Leone X. fuerunt electi tres Scrutatores de Collegio, & vota in scriptis redacta. In alia de anno 1525. sub Clemente VII. tres tantum de Collegio Scrutatores fuerunt electi, & suffragia pariter redacta in scriptis. Sub Pio V. de Anno 1565. tres etiam Scrutatores de collegio tantum fuerunt adhibiti. Sub Greg. XIII. de Anno 1581. suffragia fuere per Notarios scripta, quod est de Iure, permissum. *Gloss. in d. cap. quia propter, in verbo redacta.* Sola enim quaestio est; An Laicus Notarius possit scribere, ut per Doctores ibidem. Ultima verò sub sanctae memoriae Gregorio XV. de Anno 1621. satis annuit: vota fuisse in scriptis redacta, cum in eâ dicitur, quod in praesentia Notarij vota Scrutata fuerunt.

N. 394
Notarij
scribere
possunt
suffragia.

Fuit praeterea ex abundantia consideratum; quod tempore Clem. VII. fuit electus Ioannes de Cellis, & non datur alia electio, usque ad tempus Pij V. & tamen electiones inter medias adfuisse, non est ambigendum, cum sub Pio V. non fuerit facta electio per obitum dicti Ioannis; sed cuiusdam Petri, prout fuerunt etiam electiones intermediae, inter Gregorium XIII. & Sanctae memoriae Gregorium XV. Tempore enim illius fuit electus quidam Bernerus; & sub ultimo Gregorio fuit facta electio, per obitum Nicolai: & sic non rectè deducitur status electionum. Fuit insuper ponderatum, quod in electione sub Alex. fuit facta mentio electionum, de quibus *in cap. quia propter.* Et sub Pio V. dixerunt electores: quod volebant procedere per viam Scrutinij. Sub Greg. XIII. expressè etiam fuit dictum, quod ex tribus modis eligendi; nimirum per Scrutinium, per Compromissum, & quasi per Inspirationem, viam Scrutinij elegerunt. Et in postrema sub Sanctae memoriae Gregorio XV. dicitur: quod viduatae Ecclesiae per viam Scrutinij intendebant

N. 395.
Status electionum
praecedentium non
rectè deducitur
est.



N. 396.
Qui eligūt
viam ser-
utinij, viam
ordinariā
elegisse
censentur.

N. 397.
Consuetu-
do ex erro-
re non in-
ducitur.

N. 398.
Ratio II. ad
inducendā
consuetu-
dinem ex
tra cano-
nes, requi-
ritur con-
sensus Pa-
pæ.

N. 399.
S. Pontifex
habet pote-
statem à
Deo, non
populo.

N. 400.
Contra le-
gem civile
populus
consuetu-
dinem in-
troducere
potest.

N. 401.
Ius canoni-
cum inten-
dit hominē
in Deum
dirigere
&c.

N. 492.
Vt Papæ
consensus

prouidere. Ex quo igitur viam Scrutinij censuerunt eli-
gendam; censendum est, viam ordinariam elegisse, scilicet,
iuxta terminos *cap. quia propter. Specul. in rubr. de elect.*
n. 13. si verò, dictam formā seruare nescientes errarunt,
non potest dici aliquam consuetudinem induxisse: quæ
est certa scientiā, nec ex errore debet induci *Gloss. in cap.*
fin. in verb. legitime. vers. item quod ex certā scientiā, & ibi et-
iam Abbas nu. 12. de consuet. Syluest. in verbo. consuetudo. q. 4.
Tabien. notab. 7. nu. 8. Medic. de leg. par. 2. quest. 14. nu. 5. Se-
cundò fuit principaliter responsum; quod ad inducen-
dam consuetudinem extra Canones, requiritur scientiā,
& expressus consensus Papæ, aliās nunquam per contra-
riam consuetudinē lex abrogatur. Quia Summus Pon-
tifex non habet potestatem à populo; sed immediatè à
Deo, & ideo non est populus, qui inducit consuetudi-
nem contra Canones, sed authoritas Papæ permittētis,
Abb. in C. fin. nu. 8. in fin. de consuetudine. Salas. de Iustitia &
Iure q. 97. tract. 14. disp. 19. lect. 6. num. 59. vers. hac sententia;
Quod in lege civili secus est. Nam lex civilis tendit ad
bonum publicum, & in vtilitatem priuatorum. Vnde si
populus vult sibi præiudicium inferre, Principes, ab eo-
dem populo potestatem habentes, non curant. *l. de qui-*
bus. vers. nam cum ipse. ff. de leg. S. Thom. 1. 2. quest. 47. art. 3.
in resp. ad 3. Abbas. in C. fin. nu. 9. de consuet. Driedon. de libert.
Christ. C. II. ante fin. Ius autem Canonicum principaliter,
intendit, hominem in Deum dirigere, & venit ad bonū
publicum Ecclesiasticum; & cum sit institutum, à Pote-
state spirituali, illa non potest in Laicos cadere, *Abbas*
& Driedon. locis præcitatis. Hinc ergo, cum consensus Pa-
pæ operetur ad istam consuetudinem inducendam, re-
quiritur illius certa scientiā: Ita vt non sufficiat error, vt
dictum est; & in simul requiritur animus inducendi cō-
suetudinem. *Gloss. in d. c. fin. in verbo. legitime; ubi Abbas. n.*
17, &

17. & facit tex. *in lege. I. C. qua sit long. consuetud.* Quare, si ad consuetudinem inducendā operetur, requiritur illius certa scientia & voluntas inducendi consuetudinem; non potest dici voluntas, nisi expressus consensus adsit; multa enim per patientiam tollerantur, quæ deducta in iudicio, exigente iustitia, tolleranda non essent, vt dicit textus *in cap. cum iam dudum. 18. in fin. de preb. & dignitat.* quem in puncto allegat Glos. *in §. leges in verb. abrogata. distinct. 4.* & ex istis rationibus conuincitur. *Vasquez p. 2. art. 97. disp. 177. c. 12.* dum dicit: nihil referre, quod Papa recipiat potestatem à Deo, & non à populo, vt consensus eius tacitus nō possit operari ad derogandum suæ legi; vt enim ex prædictis apparet, multum refert; quod Papa immediatè potestatem habeat à Deo. *In hoc autem casu, ne dum non adest expressus consensus Summorum Pontificum; sed nec etiam scientia, vt in tertia responsione ostendemus.* Et quod requiratur, ne dum scientia, sed etiam expressus Papæ consensus, ad inducendam consuetudinem contra Canones, etiam, quantocumque temporis spatio, illa fuerit seruata, tenent Glos. *in d. §. leges in verb. abrogata. distinct. 4.* Archid. *in c. cum de beneficio. n. 2. circa med. vers. nam & ibi notat. de preb. & dignitat. in 6. vbi optime dicit, casum esse expressum in C. consequens. & in C. Nolite. 11. distinct. C. facta. 9. q. 3. & c. illud & c. ridiculum. 12. distinct. 10.* Andr. *in d. c. de beneficia, post principium, vbi Gemin. in 6. vbi Franch. nu. 3. & 4. S. Antoni. in summ. part. 1. tit. 6. C. Vnic. §. 2. ante fin. vers. dicit aut Ioannes Sala, de Iustitia & Iure. quest. 97. tract. 14. disput. 19. nu. 62. in fin. quam Sententiam sequuta fuit Rota in Romana obseruationis contractus 23. Octobris 1551. coram Chissaniensi relata apud Verall. decis. 204. nu. 3. p. 3. & in Romana concordia S. Petri. 12. Febr. 1610. coram Reuerendissimo D. meo Caualerio, nunc S. D. N. Datario; Quæ eò magis de plano procedunt,*

Z 3

cum

N. 403.
Vasquez
erroris cō-
uincitur.

N. 404.
Expressus
Papæ con-
sensus ad
inducendū
consuetu-
dinem re-
quitur.

N. 405. cum c. quia propter habeat Decretum irritans; ut confide-
 rant Archid. Io. Andr. Gemin. & Franch. locis predictis; cui
 Cap. quia sententiæ consonat etiam dictum Goffr. & Innoc. in c. ad
 bet decre- nostram in princi. de probat. ubi lex, quæ est contra ius com-
 tum irri- mune, non debet seruari, cum non sit inducta de certa
 tans. scientia Eius, Cuius est condere & mutare legem. l. de
 N. 406. Lex indu- quibus. ff. & LL.
 sta contra
 ius com-
 mune non
 debet ser-
 uari &c.
 N. 407. Tertiò: principaliter etiam fuit responsum; quod cõ-
 Ratio III. munis, & indubitata conclusio est: legem Papæ non pos-
 Lex Papæ se abrogari, saltem absque illius scientia: ut egregiè pro-
 non potest bat Driedon. de libert. Christ. lib. 1. c. 2. in fin. Vasquez. ad D.
 abrogari Thom. 1. 2. q. 9. ad 7. & hanc opinionem ab omnibus tene-
 absq; illius ri, affirmat Petrus de Dorea ad 1. 2. S. Thom: in tit. de lit. disp.
 scientia. 29. in princi. & latè fuit deductum in d. causa Romana concor-
 N. 408. dia S. Petri. Quæ scientia, ex qua arguitur consensus, hic non a-
 Qualis Pa- dest: sed error, qui non sufficit ad inducendam consuetu-
 pæ scientia dinem, ut supra est dictum. Scientia enim Summorum
 hic non a- Pontificum, quæ deducitur ex confirmationibus non
 dest. adest; cum electiones nullas confirmarit, absque certa
 N. 409. scientiæ. Bart. in l. si constet. 12. num. 2. ff. de appellat ubi, quod
 Ponti. lex per confirmationem, non confirmatur electio inualida,
 electiones nisi fieret ex certa scientia. Bald. in t. nominationes. 27. nu. 2.
 inualidas vers. tu. die. C. de Appellat. ubi quod confirmatio superioris
 non con- non purgat vitium electionis; nisi Princeps confirmet
 firmat, nisi ex cer- ex plenitudine potestatis; & loquitur in terminis ele-
 ta scientia. ctionis, in qua non fuit seruata forma cap. quia propter.
 N. 410. Confirmatio supe- Franc. Marc. dec. 227. nu. 5. & 6. part. 1. Innoc. in C. cum dile-
 rioris non ctus. 32. num. 1. de elect. & Elect. potest. Alex. cons. 59. nu. 8. lib. 1.
 purgat vi- Vbi, quod nec certa scientia præsumitur, nisi probetur;
 tium Ele- In proposito autem, siue dicamus, verba confirmatio-
 ctionis, nisi num de per se importare, quod Papa ex certa scientia
 fiat ex ple- confirmauerit, siue non, nihilominus utcumque sit, ve-
 nitudine ritas est; quod cum Summi Pontifices confirmauerunt,
 potestatis. ele-

electiones, tanquam Canonicas, & verè non sint tales, cum in illis non fuerit insertus tenor, præsumuntur circumuenti ab iis, quibus Electiones examinandas mandarunt. *Felinus in cap. cum à nobis, num. 3. de test. & attestat. Ruin. cons. 41. nu. 15. vers. 2. respondendum lib. 1. Gabriel concl. 2. nu. 42. & seq. de probat.*

Neque facit, quod quando interuenit consensus, de iure naturali requisitus, electio dicatur Canonica. *Innoc. in C. cum terra nu. 7. Com post. col. 6. in prin. num. 17. vers. item quaro de elect. Archid. in C. nullus nu. 2. eodem tit. Franc. Marc. decis. 1322. nu. 1. in fine. part. 1. & in dictis electionibus interuenerit consensus, de iure naturæ requisitus, & propterea tanquam canonicæ potuerunt confirmari. Innoc. in d. c. quod sicut. nu. 23. vers. circa primum. Io Anan. nu. 7. Bellam. nu. 50. Quia fuit responsum: electionem triplici modo dici canonicam, largè, strictè, & strictius, vt per *Germin. in cons. 88. num. 4. strictius dicitur electio canonica, quando omnia interueniunt, quæ sunt de substantia, & solemnitate: quæ si omittantur, electio est nulla, vt in d. c. quia propter: strictè dicitur, quando seruantur illa, quæ sunt de substantia, omissis tamen his, quæ pertinent ad solemnitatem, vt puta vocatio absentium, & isto casu electio non est nulla, sed venit annullanda, vt in C. quod sicut. 28. de elect. largè dicitur canonica, quando non sunt seruata substantialia, nec alia solemnia, requisita à iure positio; sed habet tantum validitatem iuris naturalis; vt quia scilicet habet consensum eligentium, & ista de iure non est valida, vt in d. c. quia propter. & inc. sicut. de elect. in 6. Vbi autem Papa appellat Electiones Canonicas, censendum est, intellexisse, de Electionibus Canonicis, strictiori modo: cum iura tales approbent, & illud est proprium significatum, quod communiter iura recipiunt: dum enim dicunt Canonica, intelligunt de vali-**

N. 411.
Pontifices
confirmantes
electiones
inualidas
præsumuntur
circumuenti
ab examinatori-
bus Electionum.
N. 412.
Obiectio:
Quando interuenit
consensus
de iure naturali
requisitus, electio
dicitur Canonica.
N. 413.
Respons. ad
obiectio: Electio
triplici modo
dicitur Canonica.
N. 414.
Strictius, si
omnia substantialia
& solemnitates
interueniunt.
N. 415.
Strictè, si
substantialia
interueniunt,
omissis
solemnitatibus.

- N. 316. *Large, si*
 habet tan-
 tum validi-
 tatem iuris
 naturalis.
- N. 317.
 Papa appel-
 lans ele-
 ctiones ca-
 nonicas in-
 telligit stri-
 ctiori mo-
 do.
- N. 318.
 A propria
 significa-
 tione ver-
 borum res
 cedendum
 non est.
- N. 319.
 Canonica
 electio que
 dicatur.
- N. 320.
 Obiectio:
 ex qua: oro
 datis, q
 debent in-
 telligi iux-
 ta terminos
 Concilij
 Basiliensis.
- N. 321.
 Respons. ad
 obiectio-
 nem.
- N. 322.
 Verba Con-
 cordatorū.
- N. 323.
 Concordat-
 a de elec-
 tionibus
 strictiori
 modo in-
 ter-
 pre-
 tan-
 da, vt patet in c. postulasti in princ. de cleric. excomm. minister.
 & à propria verborum significatione recedendum non
 est l. non aliter ff. de legat. 3. c. in nostra de iureiur. & in c. propte-
 rea de verb. significatione. Ita egregiè Gemin. d. conf. 88 n. 4.
 & benè Rebuff. in prax. tit. Canonica institutio qua dicatur. Vbi
 quod solum illa dicitur canonica, que fit secundum Ca-
 nones C. cum olim de dolo. c. grauis, de cens. c. vnic. de etate &
 qualitate in 6. nec potest dici Canonica, quæ iure facta
 non sit, C. i. de elect. Et si diceremus, Summos Pontifices
 non ita censuisse electiones Canonicas, confirmationes
 tanquam non factæ ex certa scientia, corruerent, vt su-
 pra ostensum est.
- Neque debuit allegari, quod in Concordatis habe-
 aur, Papam confirmaturum Electiones Canonicas, &
 Concordata debeant intelligi iuxta terminos Concilij
 Basiliensis sess. 38. de elect. In quo fuit statutum, q electiones
 factæ ab omnibus, vel à maiori parte, etiamsi reliqua, e-
 lectionis formam concernentia, ommissa fuerint, confir-
 mari deberent. Nam vt plenè satisfiat huic pratensa vani-
 tati, & minus digna, vt à Catholicis allegetur, Concordata
 continent: Placet Nobis, quod in Metropolitanis & Cathedra-
 libus & c. & Monasterijs, immediate subiectis sedi Apostolica, si-
 ant electiones Canonica, qua ad dictam sedem deferantur, quas
 etiam ad tempus constitutum, in constit. fel. rec. Nicolai P. III.
 presentata vel si minus canonicè presentata fuerint, providebi-
 mus & c. & si canonica fuerint, eas confirmabimus, nisi ex ratio-
 nabili & euidenti causa & c. Huiusmodi Concordata, quod
 sint intelligenda de electionibus, strictiori modo acce-
 ptis, hoc est, iuxta formam c. quia propter, dicit Henri. Canis.
 in annot. ad d. Concordata, & probatur ex verbis illis: si pre-
 sentata minus canonica fuerunt, quæ verba sunt desumpta
 ex tex. in C. quanquam, de elect. in 6. vbi minus Canonicas
 appel-

appellat illas electiones, quæ fiunt contra formam Concilij generalis, quæ est forma *cap. quia propter*, vt notat. *Gloss. ibidem*. Et hæc satis probant omnia superius deducta, ad interpretationem verbi, *Canonicas*, positi in confirmationibus: & *Aeneas Syluius epist. 378*. Martino Meyer, Archiepiscopi Moguntini Cancellario missa, sub dato Romæ 12. Kal. Octob. 1457. & sic statim post Cõcordata, videtur illa intelligerè de electionibus Canonicis, prout de iure communi: Inquit enim, *nulla electio reiecta est. quam constitit fuisse Canonicam, Pontificalis Ecclesiæ in Alemania: nulla reseruata est specialiter S. D. N. contra Concordata vestra &c.*

Et hoc posito, inanis etiam est prætensio, quod Concordata sint intelligenda iuxta determinationem Concilij Basileensis; quia licet illud in principio fuerit Oecumenicum, eò quod authoritate Summi Pontificis fuerit indictum, sub præsidio Iuliani Cardinalis Cæsarini; & prosequutum, donec illicita potestate vsurpata, & in Pontificem Romanum, omni iudicio & subiectione coactiua, iure diuino Exemptum, iudicium suum Ipsi conuerterent, & Pontifex inde Legatum suum, omnesq; alios Episcopos auocaret. Quando verò post horum discessum, Synodus, sub præsidio Cardinalis Arelatensis, continuata, inuito que Pontifice prorogata est; non tantum Oecumenica, verum etiam legitima Synodus esse desuit: Nam eo tempore, quo Concilium in Pontificem, sententiam pronunciare ausum est, omnesq; præcipui Episcopi discesserant, & Cardinalis Arelatensis præsidenti sibi munus assumpserat; quia Episcopi paucissimi erant, introduxerunt in Synodum, ingentem Presbyterorum multitudinem; ita, vt contra omnem formam Conciliorum, non Episcoporum, sed Presbyterorum, Synodus esset; & Deus Optimus Maximus sententiam suam dicere volens, tam horribili peste, Basileam affli-

Aa gebat,

telligenda
N. 424.
Canonicæ
electiones
quæ dicantur.

N. 425.
Concordata non sunt
intelligenda iuxta
determinationem
Concilij
Basileensis.

N. 426.
Quod Cõcilium ab
initio oecumenicū
fuerit, postea non.

N. 427.
Et conciliabulum
nō Episcoporum, sed
presbyterorum factū.

N. 428.
 Vocatur
 schismaticum
 in
 Concilio
 Lateranensi
 ultimo.

N. 429.
 Eugenij
 IV. respon-
 sio ad peti-
 tionem Io-
 annis de
 Bachstein
 &c.

N. 430.
 Obiectio:
 Concordata
 sunt in-
 telligenda
 iuxta Con-
 cilium Ba-
 sileense, q̄
 Nicolaus
 V. confir-
 mauit.

N. 431
 Respon-
 sio
 ex dato
 sumpta.

gebat, vt maior pars eorum, qui remanserant in conci-
 liabulo, vel extincti, vel secedere coacti fuerint, vt refert
Aeneas Syl. in hist. Concil. Basil. cui ipse interfuit; quod Cō-
cilium in Concil. Lateranensi ultimo sub Iulio II. sess. 4. sub Leo-
ne X. sess. 10. appellatur schismaticum, seditiosum & nul-
lius prorsus authoritatis; & Eugenius IV. post oratio-
nem habitam per Ioannem de Bachenstein, & petiti-
onem factam, nomine Concilii Basileensis, inter alia, cum
peteretur obseruatio decreti de electionibus, præmissa
responsione, quod semper eius intentionis fuit, inuigilare in his,
qua honorem Dei, salutem animarum, ac bonum totius Ecclesie
& Reipub. Christiana concernerent, signanter ad extirpationem
hæresum, reformationem morum, ac pacem populi Christiani; ad
specialiter petita sic respondit: Quantum autem ad nego-
tium indulgentiarum, electionum, annatarum, causarum & va-
cationum Scriptorum, & Abbreviatorum Romana Curie, quia
materiae grandes sunt, & discussione & declaratione indigent, se
vnà cum Fratribus suis S. R. E. Cardinalibus, decreuisse responde-
re per suos Concilio, quod quàm primùm facere intendit, sperans;
responsiones suas tales esse debere, quæ iustitia & honestati conue-
niant, ipsiq̄ Concilio, & omnibus præsententibus, ad Dei hono-
rem, charitatem, & pacem, ac bonum vniuersalis Ecclesie, grate
& accepte merito sint futura. Ita habetur tom. 4. part. 1. Con-
cilior. Colon. impr. in append. foliis. 177. 178. 179. habetur præ-
dicta responsio. Neque dici potest, Concordata esse in-
telligenda iuxta Concilium Basileense, ex quo Nicolaus
V. qui Concordata fecit, decreta Concilij Basileensis
confirmauerit, vt patet in Eius Bulla & refert Aeneas Syl-
uius & Gobelinus, locis citatis; & ideo Concordata de-
bent intelligi iuxta statuta Concilij Basileensis, per Eun-
dem Pontificem confirmata. Quia hoc est merum fig-
mentum, cum Concordata habeant, Datum Cal. Apri-
lis, 1447. Bulla autē datum habet sub 14. Cal. Iul. 1449.
 & sic

& sic tempore Concordatorum, Bulla non erat in rerum natura, Veritas tamen est, quod Nicolaus V. non confirmavit decreta Concilij Basileensis, sed pro bono pacis, electiones factas in obedientia Concilij Basileensis, ut patet in prædicta Bulla, quæ habetur in d. tom. 4. part. 1. fol. 16. cuius hæc sunt verba formalia, *Nicolaus &c. quas-
cunque promotiones, electiones, confirmationes, postulationum
admissiones, translationes, commendas, administrationes, prouisiones, reservationes, Uniones, incorporaciones, reuocationes, pallij daciones, consecrationes, personarum benedictiones, de ordine ad ordinem translationes, infeudaciones, absolutiones, liberationes, quittance, super quibuscunque debitis, ratione decimarum, indulgentiarum, annatarum, dispensaciones tam super etatis, quam natalium, & aliarum inhabilitatum defectus &c. ac omnia & singula, tam Iustitiam, quam gratiam, concernentia, siue in foro conscientie, vel contentioso, in personis & locis, qua tempore concessionis, & aliorum præmissorum obediuerunt prædicto Venerabili ac charissimo Fratri nostro Amadeo Cardinali, Felici V. nominato, ac congregatis in Concilio Basileensi, aut alterius eorum auctoritate, etiam de latere Legatos seu delegatos, ab eis potestatem habentes, coniunctim vel diuisim, qualitercunque facta, gesta, concessa, indulta, data, disposita & ordinata, etiam si maiora aut grauiora aut alterius cuiuscunque nature, à præmissis existant, & specialem requirentia expressionem, cum omnibus & singulis inde secutis, ac etiam omnia & singula, per Ordinarios in dictis locis, facta, pro bono pacis & Unionis Ecclesie, motu proprio, & ex certa scientia, & Apostolica potestatis plenitudine, de consensu Venerabilium Fratrum nostrorum, S. R. E. Cardinalium, presentium serie, approbamus, ratificamus & confirmamus &c.* Et quamuis prædicta clarissima sint; potest tamen addi, quod si gesta Concilij Basileensis fuissent confirmata, frustra in Concil. Lateranensi sub Iulio II. & Leone X. sess. 4. & II. ut supra relatatum est, illud fuisset appellatum Schismaticum,

N. 432.

Nicolaus
V. solas electiones factas in obedientia dicti Concilij confirmavit.

N. 433.

Acta Concilij Basileensis in Concilio Lateranensi improbata.

cum, seditiosum, & nullius prorsus authoritatis, & incassum, dū in eodem Concilio Lateranensi improbantur acta Basileensia facta contra Concordata cum Rege Franciæ.

N. 434.
A Eneas
Sylvius nō
dicit, de-
creta dicti
Concilij
Fuisse con-
firmata, sed
potius con-
trarium.

N. 435.
Verba AE
neæ Sylvi
epistola
367.

Et Aeneas Sylvius epist. 369. sub dat. Romæ 8. Augusti 1457. scribens Martino Mayer, Cancellario Archiepiscopi Moguntini, non dicit decreta Concilij fuisse confirmata, imò totum oppositum, sique aliter diceret, falsum esset. Audiatur ipsemet loquens ibi; sed ut ad querelas tuas veniamus, dicimus tibi, dignum esse, ut compactata cum vestra Natione, seruentur, &c. Verum cū dicis decreta Concilij Basileensis non custodiri, idque putas iniuriosum esse Nationi, indignam dicimus esse querelam tuam. Propter decreta enim Basileensis Concilij inter sedem Apostolicam, & Nationem vestram dissidium cæpit, cum vos illa prorsus tenenda diceretis; Apostolica vero sedes omnia reijceret. Itaque fuit deniq; compositio facta (Concordata) in qua Nos, Imperatorio nomine, interfuimus, eam certam legem dedit, deinde inuiolabiliter obseruandam, per quam aliqua ex decretis Concilij prædicti recepta videntur, aliqua reiecta, hoc est, fuerunt facta concordata, per quæ aliquid fuit concessum Nationi, non autem simpliciter dicit, quod per Concordata, gesta in concilio Basileen: fuerunt confirmata; & subditur: Itaque non iuste agis, si per omnia seruanda esse decreta contendis; & sequitur ibidem; Sed venio ad electiones, quas passim contemni refers, hoc nos non inuenimus ita esse, ut asseueras: nam postquam, ex Alemania, huc venimus, plures Ecclesiæ Cathedrales eiusdem Nationis vacauerūt, in quibus vel postulationes factæ, vel electiones fuere. De postulationibus, nihil est, quod obiici possit; nam illæ ex gratia pendent etiam vetusto iure, liberumq; est Pontifici Maximo eas admittere vel reijcere: Electiones autem si canonice fuerint, compactatorum vigore, confirmationem merentur, nec repelli possunt, nisi de utiliori persona Romanus Pontifex de concilio Fratrum suorum S. R. E. Cardinalium duxerit providendum, sed neque hic est aliquid, quod reprehendi merito possit. Et sic apparet.

paret, quod refert tenorem Concordatorum & intelligit de electionibus Canonice, prout de iure communi, non iuxta disposita in predicto conciliabulo: & subsequitur idem Æneas, de tempore dicimus, quo Romanam Curiam sequimur: Neque enim (iam biennium tantum est, quod hic sumus) vlla electio huc allata est, que ritè & Canonice comperta sit: Nam Traiectensis electio, de qua magni rumores habiti sunt, in personam excommunicatam, ceciderat; Alia vero, alios defectus habuere: & concludendo dicit. Itaq; vides, non esse cur vestra Natio circa electiones iustam querelam habeat, &c. Et non aduersatur idem Æneas Syluius, sed fauet, in Apologia, ad eundem Martinum Mayer fol. 672. secundum paruam impressionem: ibi enim recenset obitum Eugenij IV. & creationem Nicolai V. quodque miserit Legatum in Germaniam, Ioannem Cardinalem S. Angeli: coram quo, inquit, disceptatum est, quoniam pacto Pontifici Nicolao parendum esset, erant, qui decreta Basileensis Concilij omnia suscipienda contenderent, illisque saluis Papæ obediendum: contra, Legatus Apostolicus, eius Concilij legibus, quod Romana sedes refutasset, nullam inesse vim, aiebat: alij quibus media sententia placebat; verum Basileæ Conciliū aliquando affirmabant, eiusque temporis constitutiones haud quaquam reiciendas esse putabant. Postremò eo modo Concordia locus fuit, ut sententia quorundam decretorum Basileensis Concilij reciperetur; Reliqua vero eius statuta, reiecta viderentur. Hęc verba nō sunt intelligenda, quod decreta Concilij fuerint approbata; sed quod in concordatis aliquid fuerit conuentū, prout dispositum fuerat in Concilio Basileensi, & quoad formam electionum, quod concordata non sequantur disposita in concilio Basileensi, literis rotundis idem Æneas asserit ibi. Sed pergis vltius & Concordia formulam attingens, decretum super electionibus in Basileæ promulgatum, tanquam receptum in conuentionibus videatur infringi, reicique contendis, inexcusabilem esse Romanū Pontificem arbitraris, &

N. 436.

Non aduersatur

Æneas

Syluius in

apologia

ad Marti-

num Meyer

Cancellarium

Moguntinum.

N. 437.

Concordata non fe-

quantur

disposita in

Concilio

Basileensi.

N. 438.

Obiectio

Meyeri.

N. 439. *Responsio*
 AENEAS SYL-
 VIJ AD HANC
 OBJECTIONĒ.

prorsus iniustum, qui cunctis electionibus aduersetur, nec tolerabile hoc tua Geni esse existimas, nec tibi responderi posse in hac parte confidis. Sed subsequitur prædictæ objectioni talis responsio: Falleris haud modicè, nostro iudicio, quemadmodum clarius tibi ostendemus: nam formula concordia qua respicit electiones, hunc sensum habet, illas enim in Ecclesiis Cathedralibus, & ex monasteriis expectari iubet per tempora, qua sunt à iure statuta, eaque si canonica fuerint, confirmari, nisi Romanus Pontifex de per se, qua sit magis idonea Electio, vacanti Ecclesia, de concilio Fratrum suorum S. R. E. Cardinalium, providendum duxerit; & sic verbis, quibus nihil potest obiici, dicit Concordata circa electiones non esse intelligenda, ut electiones subsistant, si iuxta tenorem Concilij Basileensis fiant; sed solum, quod substineantur si secundum Canones facta fuerint; & tamen recenset plures electiones, quas Summi Pontifices, tanquam canonicas, confirmarunt; alias verò, tanquam minus canonicas, reiecerunt. Denique Gobelin in commen. Pij. II. qui fuit idem Aeneas Syluius, ita in minoribus appellatus, fol. 12. secundum magnam impressionem, & folio 20. secundum parvam, vers. interea. Ioannes refert, quod Legati Romam missi retulerunt, Eugenium durissimè respondisse, & quod Aeneas Syluius alias notulas composuit, quæ Eugenio mitterentur; ut verò postea Romam missæ fuerunt: & c. sed hoc non tangit negotij veritatem, quæ clarè elucescit ex supra deductis.

440. *Ratio ad-*
 tertiam
 OBJECTIONĒ.

N. 441. *Compro-*
 missi for-
 ma cum
 scrutinio
 mixta.

Quantum attinet ad tertium principale caput oppositum; nempe, quod ista non fuerit electio simpliciter per scrutinium, sed per compromissum cum scrutinio mixtum, quæ forma eligendi est canonica: puta si ita compromissum sit, ut compromissarij ipsi exquirant vota singulorum, illumque eligant, in quem maior & sanior pars consenserit, ut est constitutio Innocentij III. de qua in cap. cum dilectus. 32. de elect. quæ non fuit reuocata per

IN CAUSA ELECTIONIS ABB. S. MAXIM. 189
 per constitutionem Alex. III. in Concil. Generali de
 anno 1215. de quo in dicto cap. quia propter vt declarat Bo-
 nifacius VIII. in cap. cum expediat. 29. de elect. in 6. cap. si cui.
 23. eod. tit. Caris in compen. iuris canon. in tit. de elect. cap. de con-
 cuss. comprom. cum scrutinio. Bais. de elect. par. 3. cap. 17. num. 4.
 vers. aliquando autem. Cæterum, quod ista forma fit cano-
 nica, non negatur, sed factum negatur: non enim fuit
 processum per viam compromissi, cum scrutinio mixtis
 quia compromissum aut fit expressè, aut tacitè ex ver-
 bis inducitur, vt sentit Petr. de Bais. ead. par. 3. cap. 17. num. 1.
 in fine de elect. & Specul. in rubr. eiusdem tituli n. 13. In hoc au-
 tem casu neutrum adest. Non expressum: quia, congrega-
 to capitulo, is qui habet in capitulo primam vocem, vel
 alius, de mandato capituli, seu quiuis etiam sine man-
 dato, capitulo tamen non contradicente, requirit pri-
 mò singulos singillatim, an placeat procedere, hac for-
 ma compromissi; & omnibus consentientibus, ita vt nul-
 lus omnino discrepet, debet requirere eos iterum, qui-
 busnam personis, & per quem modum, velint eis com-
 mittere vices suas, & omnibus de personis, concordan-
 tibus, & de modo; tunc omnes simul, vel vnus nomine
 omnium, in personas huiusmodi eligendas, transferunt
 potestatem: si verò Capitulum nolit in compromissari-
 os conuenire; possunt eo casu, vt citius ad concordiam
 deueniatur, vni, vel pluribus, qui vice omnium eligant,
 compromissariis committere vices suas. Ita Mandag. de
 elect. par. 1. cap. 39. Compostell. in cap. quia propter. num. 26. vers.
 quero modo & ibi Bellam. in §. vel saltem nu. 2. eodem tit. & de
 hoc debet confici publicum Instrumentum Specul. tit. de
 elect. §. 2. in princip. Bertach. de Episc. par. 1. lib. 3. quæst. 49. nu.
 93. idem Specul. in cap. de via compromissi. nu. 4. Et hoc casu
 quæstio est, vt per Bart. in l. institutio. nu. 3. ff. de cond. instit.
 an duo sint conficienda Instrumenta, vt scilicet vnū cō-
 tineat:

N. 442.
 Quæ forma
 canonica
 est, sed no-
 stro casu nõ
 seruata.

N. 443.
 Comprom-
 issum aut
 fit expressè,
 aut tacitè
 ex verbis
 inducitur.

N. 444.
 Hoc neutrum
 adest, non
 expressum.

N. 445.
 In compro-
 misso in-
 strumentū
 publicum
 confici debet.
 N. 446.
 An hoc in
 modo, duo

instrumen-
ta confici-
enda. tineat : Nos eligimus , quem tales Compromissarij nomina-
bunt : & alterum , eligimus illum , quem tales Compromis-
sarij nominabunt ; tamen idem Bertach. concludit : quod,
licet de iure , duo essent conficienda , de consuetudine
contrarium seruetur. Hanc autem formam , hic non fu-
isse seruata , certum est : cum nihil tale legatur in In-
strumento S. D. N. transmisso.

N. 447.
Nec com-
promissum
&c. tacitū.

Reliquum est vt videatur , an adsit compromissum
cum scrutinio mixtum , saltem tacitè : Abbas Epterna-
censis Richardotus fuit electus Præsident capituli , & ea,
quæ , vti talis gessit , gessit in præsentia Abbatibus Treui-
rensis S. Matthiæ : fuerunt etiam electi tres Scrutato-
res de collegio , quibus , & ante nominatis Abbatibus ,
fuit data & concessa omnis authoritas & potestas , secre-
tò & sigillatim , vota omnium & singulorum scrutandi :

N. 448.
Compro-
missariis
facultas dā-
da , vt singu-
lorum vota
exquirant,
illumque
eligant &c.

Quapropter hi fuerunt electi scrutatores , non compro-
missarij , vt scilicet eligerent per compromissum , cum
scrutinio mixtum ; vt enim superius firmatum est , debet
dari facultas , vt compromissarij vota singulorum exqui-
rant , illumque eligant , in quem maior & sanior pars cō-
senserit ; dicto cap. cum dilectus. 32. de elect. quem ita expli-
cat Glos. in cap. cum expediat , quæ est prima , & incipit. pro intel-
lectu. de elect. Et quamuis in dicto Instrumento subdatur ,
& facta collatione numeri ad numerum , zeli ad zelum ,
& meriti ad meritum , fuit data potestas illum in Abba-
tem nominandi , & publicandi , in quem omnes , vel ma-
ior pars capituli inueniretur consensisse : Hæc tamen
verba sunt intelligenda , vt scilicet scrutatores possint
nominare , hoc est , verbo pronuciare , seu proclamare

N. 449.
Verba in-
strumento
inserta nu-
meri ad
numerum
zeli ad ze-
lum &c.
quomodo
intelligēda.
N. 450.
Electio fa-
cta debet
pronuciari
& publica-
ri.

& publicare electionem factam à Capitulo ; non autē ,
quod ipsi , tanquam compromissarij , possint eligere :
Quia post electionem factam à Capitulo , electio pro-
nunciatur & publicatur , vt benè Rebuff. super concord. rubr.
dereg.

de reg. ad pralat. nomin. §. ult. in verb. forma nu. 13. 15. & 16. N. 451.
requis. fol. 230. & 231. Et tunc demum data facultate nomi-
 nandi, censeretur data etiam facultas eligendi: si cō-
 stat, arbitros fuisse electos, & in istis terminis procedit
tex. in c. cum in iure peritus. 33. de elect. ubi Hostien. nu. 13. vers.
sed quidquid dicat. Ioann. Andr. nu. 8. Rebuff. in pract. de nomin.
quest. 1. nu. 24. Hic autem non fuerunt electi arbitri, sed
 scrutatores, vt dictum est; & ideo illa facultas nominan-
 di, debet quoad publicationem censerī, vel ad summum
 data, ad electionem nomine Capituli faciendam; cum
 de substantia sit, vt vnus nomine Capituli eligat, vt in
cap. quia propter, & ibi D. D. quod clarius ex modo proce-
dendi, de quo statim dicam, colligi potest.

Dara facultate nominandi facultas etiā eligendi data censeretur.

N. 452.
De substantia est, vt vnus nomine Capituli eligat.

Cessat denique omnis difficultas: quia in Instrumen-
 to, quo petitur confirmatio, Capitulum his verbis lo-
 quitur; *Atque pro publicatione noui electi Abbatis, & Pastoris,*
instantes, per sepe dictum D. Præsidentem, expresse rogati; num a-
Etam, per Nos electionem, ratam firmamque haberemus, & quæ
 sequuntur. Ex quâ serie apparet; quod Abbas (Epterna-
 cen:) nō vocatur compromissarius, sed Præsident, & nō
 agitur de electione factâ à compromissariis, sed ab ipso
 met. Capitulo: & quamuis in compromissis Capitulum
 censeatur eligere, quem arbitri nominabunt. *Compos. in*
cap. licet. num. 7. de elect. Host. n. 14. vers. utique quia ex compro-
missis. Hic tamen Capitulum non loquitur de electione,
 ipsius nomine factâ à compromissariis; sed de electione,
 ab ipso met Capitulo factâ; Quod euidentius demon-
 stratur, quia Capitulum proclamari & publicari fecit e-
 lectionem, per ipsum Præsidentem Richardotum; quod
 propriè conuenit electioni per scrutinium; facta enim
 collatione, debet sequi communis electio per vnum, no-
 mine Capituli, per verba singularis numeri, vt in *cap. cum*
ab vno. de sententia & re iudic. in 6. c. sicut. de elect. in 6. Fran.

N. 453.
Abbas Epternacensis non fuit compromissarius, sed Præsidentis nomine.

N. 454.
Ergo non agitur de electione factâ à compromissariis.

N. 455.
Facta collatione votorum, debet sequi communis electio per v-

num, no-
mine capi-
tuli &c.
N. 456.
Qualis cō-
munis ele-
ctio per ex-
traneum
fieri potest.
N. 457.
Forma eli-
gendi per
compromis-
sum.

Marc. decis. 922. nu. 2. lib. 1. & ista communis electio potest etiam fieri per extraneum; dummodo electores tacite vel expresse consentiant. Bais. in direct. elect. par. 3. cap. 33. nu. 4. & seq. Si igitur fuisset processum per viam compromissi, vnus compromissarius, omnium compromissariorum vice, eligere debuisset: vt puta dicendo *Ego N. compromissarius, de consensu & voluntate compromissariorum meorum, eligo &c.* & hanc formam ponit, *Mirand. in manu. Pralat. regul. par. 2. quest. 33. art. 38. conclus. 2.* & benè adaptatur, quando pronuntiatio fit sine scriptis *Mandagot. de elect. quest. 59. form. 9.* ponit aliam, quæ idem in substantia continet, & subiicit; opus esse, vt vnus vice omnium eligat, aliàs electio est nulla. *Oldrad. conf. 184. in prin. Roman. conf. 216. nu. 4. vers. 4. eiusdem nullitas.* In proposito autem, neque expresse, neque per æquipollens, verba possunt importare quod Præsident, tanquam compromissarius, nomine aliorum compromissariorum, elegerit.

N. 458.
Vnus vice
omnium
eligere de-
bet.

N. 459.
Non om-
nes formæ
scrutiniij
benè sciūt.

N. 460.
Substantia-
lia scrutiniij
non pos-
sunt omit-
ti.

Et tamen absq; eo, quod veritati præiudicetur, quod electio fuerit per compromissum cum scrutinio mixtum; nec etiam sustinetur: licet enim ista dicatur melior & expeditior forma, cum non omnes formam scrutiniij benè sciant, vt ait *Gloss. in cap. cum expediat in verb. inquisitis de elect. in 6. Mandag. de elect. cap. 41. in litera E.* Nihilominus isto casu non possunt omitti substantialia scrutiniij *cap. sicui, de elect. in 6.* vbi si fuerit actum, quod electio facta, per compromissum, cum scrutinio mixtum; vt scilicet eligatur ille, in quem maior pars, respectu numeri, non autem respectu totius Capituli, consenserit, valeat, non tenet: & *Gloss. ibidem exemplificat in verbo secretis.* si fuerit actum, quod vota non sint secreta, quia semper habet locum ratio finalis illius textus, & merito hoc dicit: ex ea enim ratione textus dicit electionem factam, vigore compromissi, non tenere, si actum fuit, vt eligatur no-
mina-

minatus à maiori parte, respectu minoris: cum hoc sit preter formas, quas Generale Concilium seruari statuit in electionibus celebrandis; decernens eas, si aliter fierent, non valere & *Gloss. ibidem* explicat. *ipso iure*: & sic ista ratio militat, quotiescunq; omittitur aliquod substantiale, de quo in *cap. quia propter*, & *bene Abb. in d. cap. quia propter*, §. *vel saltem. nu. 2. vers. non tamen. de elect.* ubi dicit: quod, etsi prædicta *Gloss. in cap. cum expediat*, hanc formam vtiliorem nominet, non tamen intelligat, quod compromittentes possint in aliquo tollere huius capituli substantialia (scilicet *c. quia propter*) *Butr. in d. c. si cui. n. 5. in fin. de elect. in 6. ubi Abb. nu. 2. Canis. in sum. iur. Canon. tit. de elect. cap. de concurs. scrut. cum Compr.* Et expressè sentiunt DD. mox allegandi; dum firman, quod in electione per compromissum cum scrutinio mixtum, non requiratur collatio plena, sed aliqualis; cum forma compromissi non requirat illam de se, quam requirit forma scrutinij: illa enim arctior, ista liberior; nec tenetur compromissarius ad aliud, quam ad id, quod in compromisso expressum est: quia non est necessaria collatio meriti ad meritum, zeli ad zelum; sed numeri tantum ad numerum, ut nimirum videatur; an adsit maior pars totius Capituli. *Monach. in c. cum expediat 29. num. 9. ad fin. vers. item quero. & nu. 10. de elect. in 6. Ioan. Andr. in princ. Gemin. num. 3. vers. quero an ista forma. Compostell. in c. in Genesi. 59. col. 3. vers. in forma verò compromiss. ubi Abbas nu. 2. in 4. notab. de elect.* Et in hoc ista forma compromissi, cum scrutinio mixti, potest secundum dictam *Gloss.* vtilior appellari. In nostro casu autem, omnes defectus considerati in forma meri scrutinij, in hac etiam electione militarent: excepto tamen, quod non dicerentur, adhibiti sex scrutatores: quia tres primi extra collegiū, compromissariorum nomine venirent; & alia nullitas posset addi, quod v-

N. 461.
Electio non tenet, si actum fuit, ut eligatur nominatus à Maiore parte, respectu minoris.

N. 462.
Compromittentes non possunt tollere substantialia c. quia propter.

N. 463.
In electione p compromissum cum scrutinio mixtū sufficit collatio aliqualis. Nec requiritur plena.

N. 464.
In nostro casu omnes defectus in forma meri scrutinij desiderati.

N. 465.
Alia nullitas huius Electionis.

nus ex compromissariis, nomine aliorum compromissariorum, electionem minimè publicauerit. Et ex forma ipsius compromissi, corrueret etiam electio: quia scrutatores de collegio non exquisiuerunt suffragia, & illa non fuerunt redacta in scriptis, prout fuerat ordinatum in Instrumento compromissi; quæ omissio formæ vitiat Compromissum; cum forma data sit seruanda, & illius verba debeant potius restringi, quàm ampliari, vt per se DD. in illo cap. cum expediat loco citato. & bene Bald. conf. 101. nobiles viri. n. 8. vers. videtur concludendum. in fin. & conf. 103. lib. 3. in princ. Socin. conf. 20. in princ. lib. 1. vbi, quod est stricti iuris, & in ea veniunt solum ea, de quibus specialiter est dictum. Dyn. conf. 45. incip. questio qua vertitur.

N. 466.
Omissio formæ vitiat compromissum.

N. 467.
Compromissi forma est stricti iuris.

Et ita conclusum.

Littera Bb.

LITTERÆ FERDINANDI II.

Imp. ad Archiepiscopum & Principem Electorem Treuirensis, in causa S. Maximini, de dato Viennæ 4. Iulij 1625. è Germanico in Latinum translata.

N. 468.
Recapitulatio litterarum Domini Electoris ad Imperatorem.

Ferdinandus II. &c. Reuerende dilecte Cognate & Princeps Elector; Dilectionis Tux literas responsorias de dato Confluentiæ 13. præter lapsi Mensis Aprilis, Monasterium Sancti Maximini concernentes, & in quibus deinde, Tua Dilectio, à Serenissima Principe, Domina Isabella Clara Eugenia, Infante Hispaniarum, Archiducissa Austriæ, Ducissa Brabantia, & Comitissa Flandriæ, vidua, dilecta Nostra Amita & Sorore, Eiusdemque Regimine Luxemburgensi, atque Conuentu dicti

dicti Monasterij, specialiter se grauari sentiat, cum vltiori petitione, rectè accepimus. Quæ præcipuè in hoc consistunt, quod sua Sanctitas, absque vlllo Tuæ Dilectionis instinctu, aut causa data, præuia cassatione Electionis moderni Abbatis, Commendam dicti Monasterij, Dilectioni Tuæ, contulerit; cui eò minus sese opponere voluit, ne Tertio cuidam, & extraneo (quod certò euenisset, nisi eam Dilectio Tua acceptasset) in Monasterij præiudicium, obtingeret. Cumque iam realem possessionem, sine vlla contradictione acceperit, sperare Dilectionem Tuam, Nobis id offensæ loco non fore, sed Nos potius ad Tuam Dilectionem in ea tuendam, & oppositiones in contrarium remouendas, prout etiam ad Iustitiam, in Eiusdè & sæpemenorati Monasterij, coram nostro Cæsareo Aulico Consilio, indecisè pendentibus litibus, quantocyus administrandam, addictos mansuros, prout Dilectio Tua desuper Nos obedienter implorauit, rogauitque. Nos quidem illa, quæ à Dilectione Tua, ratione præmissæ Cassationis Electi Abbatis, & sibi oblatae Commendæ, & qualiter ea peracta sint, aliaque à Dilectione Tua, in medium adducta, aliò remittimus. Nec tamen adhuc, præuia causæ omniumque eius circumstatiarum diligenti ponderatione, perspicere possumus, quo Iure, post receptam nostram Cæsaream inhibitionem & Mandatum, allegatam possessionem apprehendere, aliaque attentare, Dilectioni Tuæ licuerit; præsertim, cum Dilectio Tua, cum Monasterio adhuc sit in litis pendentia, & Eadem, super antehac allegatis causis, Ipsamet pro sua prudentia facile iudicare possit; Nos eiusmodi attentata, quando temporalia & sæcularia, quæ à Nobis & Sacro Imperio dependent, vnde etiam Sacri Imperij Contributiones & impositiones solui debent, in Commendas attrahi volunt,

N. 469.
Commenda Monasterij S. Maximini Domino Archiep̄o non instate oblata &c. cassatione electionis præuia.

N. 470.
Imperator se resoluit quod Monasterium quoad temporalia in Commendam attrahi, permittere non possit.

permittere aut excusare nullatenus posse; nec omninò videamus, quomodo cultus diuinus, in pristino statu, & cum tanto numero Religiosorum conseruari, primi Fundatoris & aliorum Nostrorum in Imperio Antecessorum intentio & larga fundatio saluari, atque Nobis & Imperio, sua debita tradi possint, si dilectio Tua, duabus partibus reddituum Monasterij, absque vlllo onere, iuxta contentum Bullæ Papalis, gaudere; tertia verò pars, cum omnibus oneribus, Monasterio manere deberet; vt taceamus quam magna exinde scandala, etiam Dilectioni Tuæ & omnib⁹ Ecclesiasticis Statibus, si talia introducerentur, perquam onerosa præiudicia, & totalis euersio, Sacri Imperij antiquissimarum Constitutionum, quæ potissimum in Statu Ecclesiastico consistunt, inde exoriri, & apud vtriusque Religionis Status, in Imperio, insolitæ sequelæ nasci possent. Prout igitur Ipsamet Dilectio Tua hoc rationabiliter perpendit, nec etiam nomen habere vult, quod ad Eiusmodi præiudiciales Ordinationes, apud Curiam Romanam, minimam ansam dederit; Hinc denuò Eandem amicè & clementer monemus, vt iam dictas causæ circumstantias mature cordi sumat, seque priori nostro Rescripto, & ipsimet æquitati, conformet; omnes præsumptas violentias, cæteraque, quæ Eadem hactenus, pro stabilienda sua intentione, vltèrius tentauit, penitus & quamprimum dimittat, sæpementionatos Abbatem & Conuentum, illorumque Officiales & subditos, neque personaliter, neque realiter, vllatenus grauet aut molestet, sed ordinariæ Iuris decisioni, ad quam Nos Dilectioni Tuæ, omnem vtilem promotionem exhibere parati sumus, acquiescat.

Qua conuenienti oblatione præuia, Nos etiam penitus confidimus, à sua Sanctitate, (quæ Ipsamet iam tandem

N. 471.
Conseruatio Imperij in Statu Ecclesiastico consistit.

N. 472.
Imperator mandat, vt Dominus archieps Commendam dimittat.

dem fatebitur, Suos in hac causa excessisse) tantò facilius impetrandum, vt præsumptam hanc Commendam euanescente sinat, & suum prætensum Ius, Sacri Imperij paci & incolumitati, condonet. Interea omne id, quod Dilectio Tua, per possessionem præsumptam, alioque modo, contra Monasterium attentauit, ne vllatenus in præiudicium trahatur, penitus per præsentem cassamus, & pro irrito habemus & declaramus. Quæ, pro rei exigentia, celare Dilectione Tuam noluimus; remanemus præterea Dilectioni Tuæ, ad amicitiam, gratiam Cæsaream & omne bonum, perquam procliues &c. Datum Viennæ 4, Iulij. 1625. &c.

N. 473.
Imperator
possessione
acceptam
cassat.

Ferdinandus.

Vt. Petrus Henricus à Stralendorff.

Ad Mandatum Sacræ Cæsareæ

Maiestatis proprium

Ioannes Soldner Dr.

Littera Cc.

LITTERÆ FERDINANDI II.

Imp. ad Archiepiscopum & Pr. Electorem
Treuirensensem in causa S. Maximini, de dato

Odenburg 15. Nouembris 1625.

è Germanico in Latinum translatae.

FERDINANDVS II. &c. Reuerēde dilectæ Cognate & Princeps Elector. Ex Dilectionis Tuæ ad Nos datis literis, nec non ex iis, quas Dilectio Tua Nobili nostro Consiliario Aulico, & Imperij Fideli, Ioanni Baroni de

N. 474.
Recapitu-
lacio litte-
rarum D.
Electoris
ad Cæsare.

Bb 4

Reck,

N. 475.
Cæsar per
petuam
Aduocatiã
Luxembur-
gensium
super Mo-
nasterium
S. Maximi-
ni defen-
dit.

Reck, perscripsit, pluribus intelleximus; qualiter Dilectio Tua, ratione prætensi Commendalis negotij Monasterij Sancti Maximini, & inde dependentium, amicabilem accommodationem & compositionem proposuerit. Prout ergo Dilectio Tua, ex diuersis nostris ad Eam datis literis, abundè intellexerit, quàm grauibus de causis, virtute Cæsarei nostri muneris, pro manutendendis sacri Imperij Iuribus, circa hoc negotium, protectionem & defensionem dicti Monasterij Sancti Maximini, contra omnes nouitates, dilectæ nostræ Amitæ & Sorori Serenissimæ Infanti, virtute perpetui Iuris Aduocatiæ, commendare Nobis incumberebat; Ita nihil libentius vidissemus, quàm vt supersedere huic rei potuissemus, & res in pristino statu, vsque ad decisionem litis, quæ coram Aulico Imperiali Nostro Consilio vertitur, vel etiam, vsque ad totalem accommodationem, mansisset. Cum verò exinde libenter videamus, iis & Imperij limitaneis locis, hoc aliàs periculoso tempore, omnes superfluas differentias, maximè inter Ecclesiasticos, euitari; Hinc iam dicto Nostro Aulico Imperiali Consiliario Baroni de Reck, Cæsaream nostram Commissionem dedimus, iis modo & forma, vt ex adiacenti Copia sub litera A, Dilectio Tua perspiciet. Eapropter requirimus Dilectionem Tuam, petimusque amicè & clementer, vt Sese iam dictæ nostræ Commissioni, prout cõfidimus & Ipsamet expetiit, debitè accommodet; & iuxta illam, omnes nouitates, contra dictum Monasterium Sancti Maximini, intermittat & seponat, quodque illud deinceps vltèrius non grauare, sed mentionatæ litis decisionem (ad quam Abbas Monasterij, iam per decretum, vt Dilectioni Tuæ, sine dubio, ex intimatione facta constat, citatus est) expectare, ei que acquiescere velit, se obstringat: *in quem effectum, memorata nostra dilectæ Amitæ & So-*

N. 476.
Imperator
Baroni de
Reck Com-
missionem
dedit.

N. 477.
Imperator
Infanti Hi-
spaniarum
scripsit mi-

ta & So-

te & Sorori, Infanti, vt è Dilectionis Tua Archiepiscopatum mili-
 tem abducat, perscripsimus, vt Copia sub litera B. ostendit. litem ratio-
 ne Com-
 mendæ in
 Archidie-
 cæsin indu-
 ctum, ab-
 ducat.
 Quemadmodum vtique eiusmodi debitam ac conue-
 nientem partitionem speramus; sic Dilectioni Tuæ ami-
 citia, Cæsarea gratia, & omni beneuolentia, addicti su-
 mus & manemus. Datæ è Ciuitate nostra Regali Oden-
 burg 15. Nouembris Anno 1625.

Ferdinandus

Vt. Petrus Henricus à Stralendorff.

ad Mandatum Sacræ Cæsareæ
 Maiestatis proprium

Ioannes Soldner Dr.

Littera Dd.

EXTRACTVS LITERARVM
 Mandatariorum Maximinia-
 norum.

HINC quidam, & à Consilio prouinciali & ab Abba-
 te, ad Cæsarem (postquam omnes redditus Electori
 & Cathedrali Ecclesiæ, in hoc Ducatu prouenientes, à
 Principe vadati fuissent) missus, qui apud eum non mo-
 dò effecit, vt Serenissimæ Principis nostræ facta ista ap-
 probaret, verùm etiam eandem rogaret, vt in mandatis
 daret, in iis cœptis pergere, vsq; dum restitueretur Ab-
 bas in Integrum; sed interim possessionem, ab Electore
 per Canonicos Metropolitanos ante vsurpatam, decla-
 rare nullam, nec valoris vllius, ac cassare auctori-
 tate Imperiali. Datum Luxemburgi
 5. Septembris 1625.

N. 478.
 Imperator
 ad instan-
 tiam Con-
 silij Lux-
 emburgen-
 sis & reiecti
 electi, fru-
 ctus Domi-
 ni Electoris
 arreat &
 possessionē
 cassat.

Cc

Lit-

Littera Ee.

COPIA PATENTIVM, ARCHIE-
piscopi Treuirensis, à Commissario Apo-
stolico Hausmanno Impressarum & publi-
cè affixarum, è Germanico in Lati-
num translatarum.

N. 479.
Litteræ
Cæsareæ
ad Electo-
rem sero
traduntur.

N. 480.
Monitoria
Pontificia
à Cæsare
retractari
non pos-
sunt.

N. 481.
Nec causæ
Ecclesiasti-
cæ, in Rota
Romana
decisæ an-
nullari.

ACÆSAREA, necnō Vngarica & Bohemica Regia
Maiestate, Domino Nostro Clemētissimo, Exhibi-
tor huius, litteras clausas, sub dato 4. Iulij, Reuerendis-
simo Principi Electori Treuirensi, Domino nostro Cle-
mentissimo inscriptas; non prius, quam infra posito da-
to, sicque nimis serò tradidit. Et quia in iis, status con-
tenti negocij Maximiniani, antequam hæ literæ trade-
rentur, mutatus sit; neque emanata & publicè affixa
monitoria Pontificia, & in euentum comminatæ Exe-
cutiones imminentes, retractari queant: sed iisdem cur-
sus Iuris permitti debeāt; neque etiam contra sedem A-
postolicam, in causis Ecclesiasticis, iam in Rota Rom:
decisis, seculari inhibitioni, suspensioni aut annullationi
locus esse possit: ob quæ apud Summementionatam suā
Cæs. Maiest. sua Eminentia Sese obedientissimè excusa-
re decreuit: Hinc, latoriam dictarum literarum, præ-
sens scriptum, loco Recepisse; ac cuius pro necessaria &
superabundanti monitione, ex Electorali Treuir: Can-
cellaria, datum est. Signatum Confluentiæ 26. Augusti,
1625.

Ita subscriptum

Electoralis Cancellaria Treuirens.
Lit-

Littera Ff.

LITTERÆ DOMINI NVNCII

Apostolici ad Electorem Coloniensem
in causa Monasterij S. Maximini.Serenissime ac Reuerendissime Domine Princeps
Electoꝝ, Domine Colendissime.

PRO ea muneris mei obligatione, qua teneor erga il-
 la, quæ sedis Apostolicæ propria sunt, debeo Vestræ
 Serenitati cõmendare, vt Sac. Cæsareæ Maieſtati vnâ
 cum geminis suis Illuſtriſſimis Collegis, inſinuare velit,
 prout decere ſingularem eius pietatem & Religionẽ,
 ne quæ hæctenus Iura Apoſtolicæ ſedi fuere in Imperio
 conceſſa, tollantur, aut prauo vſu abrogentur. Audiui
 pro re comperta, Cæsarem prætenſo Electo Antiftiti S.
 Maximini, dediffe Indultum, quo ei tribuitur facultas
 Abbatiam adminiſtrandi, ad quam eſt aſſumptus, ſuf-
 fragatione damnata iam ſæpius in ſacro Rotæ Romanæ
 Tribunalis; quod vtrique nouum atque inuſitatum in Im-
 perio eſt; cum iis, qui collocantur in Eccleſiaſtica digni-
 tate, Cæſar Iura, Regalia, permittere non ſoleat, niſi
 Eos prius confirmet Summus Pontifex, Vicarius Dei;
 quare neceſſe habeo, pro munere Legati, quo fungor,
 rogare Veſtram Serenitatem, vt coniunctis conſiliis, atq;
 authoritate, cum aliis Eccleſiaſticis Electoꝝ, ſacræ
 Maieſtati Cæsareæ proponat, quàm hoc alienum ſit, ab
 eius Conſcientiæ pietate, & maxima obſeruantia lau-
 de, qua ſemper valuit erga Apoſtolicam Sedem, cui pro-
 ſecto conſentaneum eſſe non poteſt, quod patiat in
 caſibus Eccleſiæ reſeruatis, proſterni eiufdem Eccleſiæ
 authoritatem, ius quoque negari, in quo Summus Pon-
 tifex

N. 482.

A Cæsare

iura,

ſedi Apo-

ſtolicæ in

Imperio

conceſſa,

tollit non

poſſunt.

N. 483.

Cæſar in-

dultum ad-

miniſtran-

di iura, Re-

galia, Ec-

cleſiaſticis

ante con-

firmationẽ

Apoſtoli-

cam conce-

dere negt.

N. 484.

Nuncius

Apoſtoli-

cus petit, vt

Electoꝝ

proponant

Cæsari,

ne iura ſe-

dis Apoſto-

licæ minu-

at.

N. 485.
Iura Apo-
stolica læ-
derentur,
si Cæsar
ante con-
firmationē
Regalia cō-
cederet.
N. 486.
Electo-
r Colon:
admone-
tur, vt iura
S. Sedis, iu-
xta pro-
missionem,
tueatur in
casibus res-
seruatis.

N. 487.
Cæsar à
pietatis &
conscientiæ
gloria lau-
datur, &
culpa in
Ministros
coniicitur.

tifex & Germania, consensu tot sæculorum, ante hac pa-
catè adeo conuenerunt, & reseruationem Ecclesiastici
status abrogari; Quæ omnia fieri manifestum est, si Cæ-
sari permissum sit dare Indulta eiusmodi, seu Iura, Re-
galia, Electis ante Pontificiam confirmationem: Et sanè
noceret Exemplum, haberentque Hæretici, vnde San-
ctæ Sedis contemptum adhuc maiorem ediscerent, nec
villo fræno cohiberentur, à Patrimonij sacri deinceps
direptione. Quæ cum ita se habeant, satis agnoscit Ve-
stra Serenitas, iam adesse, si vnquam aliàs, occasionem,
re & factis præstandi, quod non. ita multò ante, in po-
stremo Conuentu Herbipolensi, piè admodum pollici-
ta est; nempè omni ope se conaturam, tueri Sanctæ Se-
dis authoritatem, in Casibus reseruatissimis; faciet verò id
eò, vt spero, alacrius, atque constantius, quod probè no-
uerit, quanta sit Cæsar in Imperio à pietatis & consci-
entiæ gloria commendatio, & cum de eius mente, com-
parata ad omnem æquitatem, dubitari non. possit, so-
lummodo ad Consiliarios & Ministros ipsius negotium
inclinari debere, darique operam, vt ij nihil adimant
iuris Summo Pontifici, ac Deo. Augebit in hoc Vestra
Serenitas famam animi perstudiosi, quo hætenus fuit
erga Sanctam Sedem, quam ei gratulor ex animo, ac
precor, vt viuat diu prosperrimè. Leodij 19. Nouembris.
1627.

Serenitatis Vestræ

Addictissimus, & obseruantissimus
Seruus Petrus Aloysius Episcopus
Tricaricensis,

Lit-

Littera Gg.

EXTRACTVS LITTERARVM
Mandariorum Maximinianorum.

REI indignitas ita Serenissimam Infantem commo-
uit, vt subitò legionem Comitis Isenburgici, è Bel-
gio, huc amandarit; quæ ante quadriduum fines Treui-
rorum ingressa, omnem prouinciam cis Mosellanam, &
oppida Pruem, Schonecken, Kilburgh, Welschbillich,
Wittlich occupauit; quæ præfagiens Serenissima Infan-
ta iam ante dies quindecim, duas legiones huc ad fines
Gallis conterminos obsidendos præmisit, vt, si (quod fu-
turum creditur) Elector Treuirensis Gallorum, in fini-
bus Metensium frequentiorum, opem impleret, miles
sit, quo eis occurratur. 5. Septembris 1625.

N. 488.
Serenissima
Infans Le-
gionem ad
instinctum
Monacho-
rum in Ar-
chidioce-
sin Treuir:
misit.

Littera Hh.

EXTRACTVS LITERARVM MAN-
datiorum Maximinianorum sub
Dato vt supra.

MISSVS est à Serenissima Infanta Consiliarius qui-
dam ad Electorem, qui ab eo poscat, vt scripto te-
stetur & affirmet, Se suosque Successores, cedere omni
iuri & postulationi, super Abbatia S. Maximini; quod
nî faciat, adest mandatum, vt duæ aliæ adhuc legiones,
quàm citissimè immittantur in Archiepiscopatum, &
Ciuitati ipsi Treuirorum vis inferatur, vsque dum poti-
antur Ipso & Husmanno, Pontificis subdelegato in hac
caussa; eaque de causa, noua legio mille Equitum, è Bel-
gio submissa, propediem aderit. Fiuntque hæc vniuersa
maiori vi, vt à posteriori, quod aiunt, aliter nequissè,
Sanctissimi Pontificis aures aperiantur.

N. 489.
Minæ in
summum
Pontificē,
Dominum
Archiep̄m,
& subdele-
gatos, vi
militari
partim exe-
cutæ.

Cc 3

Lit-

Littera li.

EXTRACTVS LITERARVM MAN-
datariorum Maximinianorum.

N. 490.
Dominus
Electoꝝ mi-
nis & vi
militari
non moue-
tur, ac pa-
rentibus
suis Belgas
exacerbat.

INTEꝝ Electoꝝ non videtur magnopere istis mo-
ueri, ac propterea ad literas Cæsareas, quibus iubetur
abstinere ab Abbacia, sibi redditas, Recepisse quoddam
literarum Cæsarearū, sed serius sibi redditarum; & qui-
bus nulla insit potestas, vt quæ nulla sit in sententias, se-
mel à Rota Romana latas; imprimi, & euulgari iussit;
quo facto magis animos Belgarum exacerbauit, quam si
petiisset armis. Datæ Luxemburgi 5. Septemb. 1625.

Littera Kk.

EXTRACTVS EX LITTERIS
Nicolai Zillesij Præfecti S. Maximini,
missi Viennensis.

N. 491.
Serenissima
Infans ad
receptionē
Cæsarea-
rum & Re-
gis Catho-
lici litera-
rum mili-
tem in Pa-
triam Tre-
uirensē
misi.

N. 492.
Hausman
omnium
primus in-
centor &c.

SERENISSIMA Infans, ad receptionem Cæsarearum
& Regis Catholici literarum, ad Protectionis exe-
cutionem processit, militem satis copiosum, in Patriam
Treuirensē misit, Consiliarium quendam ad D. Ele-
ctorem ablegauit, cum tali inter alia suæ instructionis,
mandato; vt serio Illustrissimū D. Electorem requirat,
quatenus prætenso suo iuri, in scriptis, sub propria ma-
nu & sigillo, pro Se & Successoribus, renunciaret; atten-
tata reuocet, & omnia in pristinum locum restituat, im-
posterumque Monasterium non inquietet: id ni faxit,
quod miles, à quo, nec D. Hausmannus, primus incen-
tor omniumque promotor (& qui Regem Catholicum,
Serenissimam Infantem, cæterosque de Consiliis, in al-
tiori

tiori ad hoc erecto theatro, non sine scandalo, excommunicare, iuxta nuper transmissum & hisce adiunctum Monitoria, contra quæ, ex parte Monasterij, ptestatum & appellatum est sub litt. A. B. intendit) omnino nisi sibi forte fuga consulat, tutus erit; vltterius, non sine magna deuastatione Patriæ, progredietur. Ex quo proinde, quis talium Bullarum, ex sinistra informatione, & pecuniæ potius, quam Iustitiæ intuitu obtenturum effectus, elucebit. *Ac sub finem*: certum siquidem & nullatenus dubitandum, quod nec Imperator, nec Rex Catholicus ac Serenissima Infans cedent: necessariò itaque pars altera cedere debet. Luxemburgi 6. Septemb. 1625.

N. 493.
Imperator,
Rex Catholicus
cedere
nolunt &c.

Littera Ll.

PHILIPPVS DEI GRATIA HISPANIARUM, vtriusque Siciliæ, Hierosolymorum &c. Rex, Archidux Austriae, Dux Burgundiae, & Mediolani, Comes Hapsburgi, Flandriæ, Tirolis &c.

EX literis Vestrae Dilectionis, & ex his quæ Serenissima Infans Amita nostra conscripsit, intelleximus, quãto perè Dil. Vestra desideret, ne sibi possessio quæ cepit, Abbatia S. Maximini, quam etiã Vestrae Dil. sua Sanctitas in Commendam contulit, interdicatur. Quia in re quantum in Nobis est, omni beneuolentiæ officio, Dilectioni Vestrae adesse conamur &c. Madriti die 14. Iunij, Anno 1625.

N. 494.
Oblatio
Catholici
Regis erga
Dominum
Electorem.

Cc 4

Lit-

Littera M m.

MODERNI DOMINI ARCHIE-
piscopi constitutio Procuratorij ad re-
signandum nuda. 16. Nouembris.

Anno 1625.

N. 495.
Abbatiam
S. Maximini ad Do-
minum
Electo-
rem vi Cō-
mendæ A-
postolicæ
pertinere.

N. 496.
Monachi
contrariū
esse con-
tendunt.

NOs Philippus Christophorus Dei gratia, Archieps
Treuirensis, Sacri Romani Imperij per Galliam &
Regnum Arelatense Archicancellarius, ac Princeps E-
lector &c. Tenore præsentium publicè attestamur. Cum,
orta nuper controuersia, intuitu Abbatia S. Maximini,
prope Ciuitatem Treuiren: Nos Eam, virtute Pontificij
diplomatis, sub onere pensionum, eo contentarum, ti-
tulo Commendæ (*binis sententiis Rotæ Romanæ confirmata*)
ad Nos spectare contendissemus; atque ex aduerso Ele-
ctus (*iisdem binis sententiis reiectus*). cæterique Religiosi
(*refractorij*) eiusdem Monasterij, hoc nomine, apud suā
Sanctitatem (*sed falso, & ideo ibidem dictis sententiis condem-
nati*) Maiestatem Cæsaream (*iudicem incompetentem*) præ-
cipuè verò, apud Serenissimam Infantem Hispaniarum
Isabellam, Cui, nomine Regiæ Maiestatis Catholicæ,
Ducatus Luxemburgensis, protectio memoratæ Abba-
tiæ (*ab Imperatoribus & toto Imperio, diuersis sententiis, subse-
cutisque confirmationibus Pontificiis cassata; postea verò per me-
ras violentias, & contra Constitutionem Pacis publicæ, ab Iphis
Luxemburgensibus, ratione domus Burgundicæ iuratam, aduer-
sus SS. Pontifices & Archiepiscopos male usurpata*) incumbat,
conquesti fuissent; contendentes Eam, cum pensio-
bus grauari, aut Commendæ titulo (*utrumque falsum, &
in specie, quoad Monasterium S. Maximini aliter obseruatum*)
concedi non potuisse, citra præiudicium priuilegiorum
Sacri

Sacri Romani Imperij (*Casar & Imperium omnimodam Iurisdictionem* *secularem quoad Monasterium, in Archiepiscopos & Electores Treuirenses transfulerunt, vti eorum sententijs, rebus iudicatis & Regalibus probatur, utque ita omnia præfensa Monasterij priuilegia per Capitulationem Casaream irrita sint & nulla*) dictæque Abbatix. Nos Philippus Christophorus Archiepiscopus antedictus, desiderio præfatorum Principum morem gerere, & studio pacis (*conditio sine qua nō; pacem scilicet Luxemburgenses ita cū Archiepiscopatu coluerunt, ut tertiam subditorum partem eiusdem interemerint, & multorum millionum damna intulerint*) difficultatibus Nos explicare cupientes, studuimus (*vi & armis iniustissimis, tum inermes circumcincti, meliusque fidentes; & tamen non aliter, Iure Apostolico tam grauiter in tota Germania laeso, nisi limitatè & conditionibus sequentibus*) memorato Diplomati, omnique Iuri ac titulo Commendæ, quod virtute eiusdem, super memorata Abbatia, Nobis competebat, aut competere poterat, renunciare; prout bona fide & meliori modo formaque qua id fieri potest, omnino renunciamus, tenore præsentium; Consentientes, ut in vim Procuratorij, quod eo nomine expediri curauimus (*Ecce tota promissionis substantia, quã tradito ad manus Luxemburgensium extorto Procuratorio, Dominus Archiepiscopus adimpleuit.*) eadem Commenda, obseruatis solemnibus, in manus suæ Sanctitatis resignetur; hoc fine, ut præfatum Monasterium, eo loci statusque reponatur, quo erat ante impetrationem Diplomatis eiusdem; irritis, quæ in contrarium acta sunt, signanterque processu Executorio; pro adimplerione prædictorum omnium, Nos proprio nomine & manuali subscriptione, Sigillique nostri subimpressione, in verbo Principis, obligantes. Signatum in Ciuitate nostra Witliaca, die decima mensis Nouembr. Anni millesimi sexcentissimi vigesimi quinti.

N. 497.
Dominus
Archieps
studio pa-
cis nudant
procurato-
rij Constit-
tutionem
ad resignã-
dum dat.

N. 498.
Vt obser-
uatis solen-
nibus, in
manus suæ
Sanctitatis
resignetur.

Littera Nn.

Mandatum breuitatis causa remittitur ad
superiores Litteras R. & S.

Littera Oo.

COPIA LITTERARVM AR-
chiepiscopi Electoris Moguntini ad D.
Nuncium Apostolicum Colo-
niensem.

N. 499.
Ambigua
responsio
Electoris
Mogunti-
ni.

Accepimus litteras, quas in negotio S. Maximini ad
Nos scribit 19. Nouembris: vt verò omninò secu-
ram reddimus Illustrissimam D. vestram, Nobis omnia
curæ esse, quæ ad obsequiũ Sanctitatis Sux facere pos-
sunt; ita ab altera parte, cum hoc negotium summæ sit
considerationis, utpote in quo summa Christianitatis
Capita videmus concurrere, & verò hucusque Imperij
negotiis impediti, non potuerimus Nos sufficienter in-
formare de omnibus, quæ in vtramq; partem sunt con-
sideranda, operam omnem adhibebimus, vt quo ad e-
ius fieri potest, ad hanc rem conferamus, quicquid Sux
Sanctitatis obseruantix, & Imperialis Maiestatis aucto-
ritati ac Imperij libertati conseruandæ erit opportunũ;
quod verò in præsentì desiderabat Illustrissima D. Ve-
stra circa Indultum, à Cæs. Maiest. Electo datum, sci-
re cupimus Illustrissimam D. Vestram, id fecisse Impera-
torem, quod ex more, & consuetudine Imperij, fieri so-
let, quo Ecclesiasticis Prælati Electis, etiam ante Con-
firmationem ab Ultramontanis in Vrbe obtentam, ne
suspensa Confirmatione Iustitia negligatur, non Regalia
quidem

N. 500.
Idem dicit,
Cæsarem
ex more
Imperij, in-
dultum, re-
iecto Abba-
ti, dedisse.

quidem ipsa, sed tamen Regalia administrandi Indultum, ad determinatum tempus, in fauorem Iustitiæ, cōcedi solet. Considerabit proinde Illustrissima D. Vestra, quid de hac re faciendum iudicet, cum quo Eidem fœlicitia omnia auguramur, & Nos beneuolè commendamus. Aschaffenburgi ex Arce nostra Sancti Ioannis, Die vndecima Decembris 1627.

Littera Pp.

MONITORIVM MODERNI DOMINI Archiepiscopi Treuirensis ac Principis Electoris, ad Priorem & Monachos Monasterij S. Maximini 5. Nouemb.

Anno 1633.

Nos Philippus Christophorus, Dei gratia, Archiepiscopus Treuirensis, Sacri Romani Imperij per Galliam & Regnum Arelatense Archicancellarius, ac Princeps Elector, Episcopus Spirensis, Administrator Prumiensis perpetuus, Præpositus Weissenburgensis, & Odenheimensis &c. Vobis Priori, & Conuentui, Monasterij S. Maximini, hisce notum volumus: Postquam ab aliquo iam tempore, ac nominatim Anno 1609. (vt ab antiquo, sæpius reiterata defectionis gesta, fileamus) temerario ausu, per implorationem Hispanicæ militaris Violentiæ, ac illicitæ contra Nos & Nostrum Archiepiscopatum Protectionis, & per demonstrationem emnimodæ hostilitatis, in Oppido Erang & Præfectura Welschbillich, à debitis Imperij ac Patriæ Contributionibus vos extricare attentastis: similiter postquam initium suscepti Electoralis nostri Regiminis, in Præfecturæ Pfaltzel Pago Longuich, homagium suscepimus,

N. 501.
Monachi
Maximiani per
implorationem
violentiæ pro-
tectionis
deficiunt,
& à contri-
butionibus
se subtra-
hant.

N. 502.
Subditi
Maximiani, in-
iunctu suo.

Dd 2

cui

nachorum,
in receptio-
ne homa-
gij, à reli-
quis subdi-
tis se sepa-
rant.

N. 503.
arma con-
tra Præfe-
ctum vsur-
pant.

N. 504.
Monachi
subditi ad
periurium
concitant,
Ipsi; per-
iuri fiunt,
ac Ciuitati
Treurenfi
ansam ad
rebellionē
& præ-
bent.

N. 505.
Milite Hi-
spanorum
totum Ar-
chiepisco-
patum de-
uastant.

N. 506.
Regem
Franciæ ad
obsidionē
Castri
Freuden-
burg pro-
uocant.

cui subditi Maximiniani, ad dictam Præfecturam spe-
ctantes, iuxta receptum ab antiquo morem, cum Abba-
tis tunc existentis & Vestro scitu ac consensu, compa-
ruerunt, & simul cum cæteris, Nobis, tanquam suo Ele-
cto Archiepō & Principi Electori, solitum debitum-
que fidelitatis iuramentum præstiterunt; huic contra-
ueniendo, ex vestro instinctu, apud subsecutum armilu-
strium, Maximiniani se à reliquis ad Palatiolensem Præ-
fecturam pertinentibus separarunt, coadunarunt, &
arma contra sibi præstitutum Præfectum vsurparunt;
Quem, nisi Deus impedisset, peremissent; per quod non
solum subditi ad periurium incitati sunt, sed etiam Vos
ipsi, Iuramento, quod Abbates, & Vos, Nobis ac Præde-
cessoribus nostris præstare tenentur, actuque præstite-
runt, præsumptuosè contrauenistis, nostræque Ciui-
tati Treurenfi per hoc, ad similem rebellionem, ac
externæ Protectionis implorationem, causam & an-
sam præbuitis: per Comitum Isenburgici, ac Principis
Barbansonij, aliarumque Hispanicarum Legionum in-
Archiepiscopatum nostrum irruptiones, perque illata
millionum aliquot damna, nec non per acceptatum
præsidium Hispanicum in arcem Freudenburg, (quæ
nostri Archiepatus proprietarium bonum, & notorium
Feudum existit) non attento etiam, quod totalis rebel-
lio, in Archiepato nostro suppressa foret, quantum in-
Vobis fuit, in propria persona, cædibus, latrociniis, pro-
ditionibus, & depopulationibus, Nos & Archiepatum
nostrum, imò ipsam Maiestatem Christianissimæ Fran-
ciæ Regis Assistentis, quamuis ad id minimè sufficientes
fueritis, tamdiu irritastis & prouocastis, donec idcirco
formalis obsidio & noua Archiepatus deuastatio cau-
sata sit; in nostro Electorali Principatu & territorio, pe-
regrina Hispanica insignia affixistis; Camera nostræ re-
ditus

ditus in Dñio nostro Bruch, sub arresti prætextu, spoliari curastis; ac in eo, contra diuersa Cæsarea pro relaxatione emanata mandata, continuatis; quæ omnia temeraria intentione eò tendunt, vt Vos, per huiuscemodi hostilia attætata & media, ab omni subiectione ac Iurisdictione nostri Archiepatus & Electoratus eximere extrahereque, ac in liberum statum constituere, singulæque Regalia adipisci valeatis: Vnde & hoc maius adhuc incommodum periculumque consequitur, quod in hac præsentis Imperij Romani perturbatione & bello, Illustris fidelis noster, Otto, Syluarum Rheni & Salmæ Comes, Dominus in Vinstingen &c à Regno Sueciæ Maximinianam Arcem Fell, cum omnibus eius attinentiis impetrarit & apprehenderit, ex quo, cum maximo dicti Monasterij, Nostrique Archiepiscopatus detrimento, noui bellorū motus prorumpere possent, quandoquidem dictus Comes eiusmodi donationem manutenere resoluit, & casu quo illi impedimento essemus, in nostris Archi- & Episcopatibus Treuirensi ac Spirensi, repressalia comminatus est; Nos verò, consideratis eiusmodi hostilibus progressibus, ideoque præsertim, quod Vestrum, à Sede Apostolica Vobis præstitutum & per binas Rotæ sententias confirmatum Caput, scandalosè reiecistis, & post cōminatam à Commissario Apostolico excommunicationem, per prædictam Hispanicam violentiam id excusistis, Suæ Sanctitatis aures, per duas Hispanicas Legiones (prout literæ in Originali ad manus sunt) aperiendas & purgandas, minati estis. Nos inquam adhuc pro tempore, huic negotio intendere, nec possumus nec volumus. Cum verò ea omnia huiusmodi sint, quæ in communi Iure scripto, præsertim verò in Sacri Imperij Constitutionibus de pace publica, seuerè & sub graui pœna, interdicta ac prohibita

N. 507.

Insignia
Hispanica
affigunt
& reditus
Archiepiscopales
spoliant.

N. 508.

His omnibus
à subiectione
& iurisdictione
Archiepiscopali se
eximere
tentant.

N. 509.

Otto Comes
Rheni
Arcem Fell
&c. occupauit ac ea
propter noui
bellorū
motus timendi.

N. 510.

Minæ Monachorum
contra Sū:
Pontificē
& Archiepiscopum.

N. 511.
 Dominus
 Archiepi-
 scopus & E-
 lector sup-
 pressa re-
 bellione in
 iuribus suis
 se manute-
 nere con-
 clusit.

N. 512.
 Monachi
 deserta Hi-
 spanicam no-
 nam Fran-
 cicam pro-
 tectionem
 moliantur
 N. 513.
 Assistentia
 Regia quo-
 usque sese
 extendat.

N. 514.
 Præceptum
 Domini
 Archiepi
 & Electro-
 nis.

hibita sunt; & casu quo vel per amicabilem accommo-
 dationem & satisfactionem, ob illata Archiepiscopatu
 damna, vel demonstrationem, quod ante hac facta resi-
 gnatio Commendæ, à Sede Apostolica acceptata; nec
 non, quod pro Abbate intrusus quidem, at reiectus Mo-
 nachus, absolutus & confirmatus sit, huic imminenti
 calamitati non præveniretur, Nos ex vi obligationis &
 Juramenti nostri, in Nostri Principatus Iuribus, Cæsa-
 reis ac Imperij sententiis & rebus iudicatis, Regalibus
 ac privilegiis Nos manutenere ac defendere, post sup-
 pressam præcipuè tantis impensis rebellionem, non in-
 termitteremus, prout non minus quàm antea, id omni-
 nò resolvimus. Et quamvis vos Hispanicam, iam dudum
 contradictam, & reiectam Protectionem deseruistis, ac
 modò Francica Assistentia uti velitis, non tamen in e-
 iusmodi Assistentiam vel contra Nos, aut prædictum
 Rheni Comitem, condescendere, nisi pacifica sequatur
 accommodatio, vllatenus possumus; considerato, quod
 iuxta Regiam Capitulationem, Assistentia immediatè
 ad Nos, & Principatus Nostros tantum; mediatè verò,
 & præscitu Nostro, ad Ecclesiasticos & sæculares No-
 stros subditos; nullo modo autem contra Nos, aut alios,
 quamdiu Nobis causam non præbent, intelligatur; pro-
 ut etiam certò Nobis constat, Regem Christianissimū,
 pro suo elucidatissimo & iustissimo iudicio, Electorali
 dignitati, authoritati, præminentia, sententiis, Regali-
 bus, & Privilegiis Nostri, propter inobedientes Mona-
 chos, nil derogaturum, nec id quod Hispanicis non ap-
 probavit, sed armis contradixit, cõtra Nos tentaturum.

Quapropter, Vos per publicum hocce Monitorium
 commonefacere, Vobisque præcipere voluimus, ut
 quamprimum arrestati, & huius anni reditus, in Præfe-
 ctura Bruch, relaxentur; antehac subtracti restituantur;
 dam-

AD PRIOREM ET CONVENT: S. MAXIM: 273

damna, per prædictos militares incurfus causata, præuia liquidatione, coram Nostris deputatis Ecclesiasticis & Sæcularibus Consiliariis & Commissariis, refundantur; ac super hæc, præsertim super acceptatione resignatæ Commendæ, & Confirmatione factæ quidem, sed casatæ Electionis, infra 14. dierum spatium, ab insinuatione, coram dictis Commissariis Nostris, specimen, & sufficiens à Vobis probatio præstetur; siue tum ad sitis, cõpareatis, & huic nostro Archiepiscopali & Electorali monitorio pareatis, siue non; nihilominus contra vos, ob tam notoria, Paci Publicæ contraria, & alia attentata, iuxta normam Imperij Constitutionum, & Nostrarum, à Pontificibus, Imperatoribus, ac Imperio obtentorum rerum iudicatarum, atque in similibus casibus rebellionis, & turbationis tranquillitatis publicæ, datorum Cæsareorum Priuilegiorum, & Regalium, de iure procedetur. iuxta hæc, Vos disponite. Datum in Consilio è Palatio S. Petri, in Vrbe Nostra Treuirensi, sub manus nostræ propriæ subscriptione, ac Sigilli nostræ Cancellariæ appensione. Die 5. Nouembris, 1633.

Philippus Christophorus. (L.S.)

Littera Qq.

PRIVILEGIUM FRIDERICI III.
Imperatoris de Anno 1458.

Nos Fridericus Dei Gratia Romanorum Imperator &c.

QVOD Nos Eidem Cognato Nostro & Electori clementer permisimus & concessimus, permittimus & concedimus, ex Romana Cæsarea authoritate, facultatem, harum literarum serie; si Ipse, Eiusque Successores & Archiepiscopus Treuirensis, cum aliquibus Eo-

N 515.
Electo-
Treuren-
in causis
inter ipsum
& subditos
motis, Cõ-

Dd 4 rum

Alios
suos ad iu-
dicandum
deputare
potest.

rum subditis, cuiuscunque status, dignitatis aut qualita-
tis fuerint, querelas habeant de præfenti, aut deinceps
habitori essent; Quod tunc Eosdem suos subditos, co-
ram se, & suum Aulicum Consistorium, citare & voca-
re, ac tum causas, iuxta Iudicis Eorum arbitrium, quem
pro tempore in eum finem constituerint, suorumque
Consiliariorum, qui ideo ad ius dicendum ordinati
fuerint, decidere possint, vti iuris est, citra periculum.
In fidem hæ literæ Cæsareo Nostro Sigillo munitæ sunt.
Datum Viennæ Lunæ post Erasmi. 1458.


*V*idimus omnia prædicta Documenta, Privilegia, Indulta, Re-
galia, Sententias, Iuramenta, Litteras cum ceteris Probato-
rialibus à Lit: A. vsq; ad Litt: 29. inclusivè. Eaque cum suis veris
Originalibus, & libris Archiepiscopalis & Electoralis Treuirensis
Archivij concordare, fideliter extracta, & respectivè è Germanico
in Latinum translata esse, comperimus. In quorum testimonium,
manu propria nos subscripsimus. Treuiris die decima April. 1634.


Petrus Ernestus ab Ouren Protonotarius Apostolicus.


Ioannes Theodoricus Bruerius Dr. Archiep̄alis Notar.


Ioannes Hermannus de Neue Registrator.














Th
4778

37

M